

**AVC Fg 52, Prieuré de Romainmôtier, at Mollens, Berolle,  
Montricher, Villars-Bozon, and Pampigny, commissaire François  
Gros of Bière (from material compiled by the late Claudius  
Bessonis), 1536.**

*Abstracts prepared by John W. McCoy ([RealMac@aol.com](mailto:RealMac@aol.com)) © 2015.*

The next terrier covering Mollens is Fg 125 (1608, commissaire Etienne Mayor). The preceding terrier covering Mollens is Fj 5 (1496, commissaire Aymonet Pollens). The citations in the present terrier regarding reconnaissances recorded by Aymonet Pollens in Fj 5 need to be compared directly with the original source, in order to be sure the details are properly understood.

This scribe for the present volume used *patruus* for paternal uncle, in preference to *avunculus*, which he used in the classical sense of maternal uncle. The spelling later rendered Davoët is more often written *Davoer* here. The scribe almost always wrote *fassorata* instead of *fossorata* or *fosserata*, which we have “corrected” below for the convenience of the reader. Also, the same scribe routinely wrote *dez* instead of *de* in two contexts: First, in the sense “of a particular place”, as in *habitator dez Mollens*; and second, when indicating movement or directionality, as in *juxta viam tendentem dez Monrichier*, which would be rendered in modern French as *dès Monricher*. For the former situation we show *dez*, and for the latter, *dèz*, to distinguish the intended contexts.

A new and less tidy hand begins on fol. 107.

But this volume is more complicated than it seems. On fol. 5v, at the end of the first reconnaissance, and in a different hand, there is a note, only partially legible, by Franciscus Grossi of Bière, commissaire and custodian of the protocols of the late Glaudius Bessonis, indicating that Grossi was commissioned by Their Excellencies of Bern to copy and compile this volume from the registers of Bessonis. In spite of this statement, the text of the reconnaissance itself states that it was made “ad instanciam et postulationem mis Francisci Grossi de Beria notarii jurati subsignati commissariique et receptoris extenterum et recognitionum ecclesie et prioratus Romanimonasterii”, as if the parties had appeared personally before him, and not before the late Bessonis. Perhaps the copyist had simply substituted Grossi’s name for that of Bessonis in the text. The second reconnaissance, fol. 6, specifies *Glaudius Bessonis dez Luyns Gebennensis diocesis auctoritatibus apostolica et imperiali notarii publici commissariique et receptoris extenterum et recognitionum insignis ecclesie prioratus Romanimonasterii in villa dez Mollens et ibi circa pro Reverendissimo in Cristo Patre et Domino, Domino Glaudio de Staviaco*. This situation explains why some later references to this volume attribute it to Bessonis, while others attribute it to Grossi.

The text includes the places of origin of many families who settled at Mollens, probably during the course of the 15<sup>th</sup> Century.

The analysis below covers all of the material relating to Mollens. For the remainder of the volume, from fol. 180 to the end, apart from the index, only scattered items have been studied in detail.

Index :

1 Mollens

**1 Ansermus (=Sermé, also written Anselmus) Boudyn (Boudin, Baudin) habitator de Mollens et Michia eius uxor filia quondam Jaquemodi Constantyn (Constantin), 15 mar 1536** Style of the Nativity, Anselmus Boudyn habitator dez Mollens et Michia eius uxor filia quondam Jaquemodi Costantyn de eodem loco dez Mollens etiam habitatores, ex successione dicti Jaquemodi Constantin ipsius Michie quondam patris, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa, territorio, et confino dez Mollens et ibi circa ... ultimate recognitas per dictum Jaquemodum Constantyn ... in manibus Egregii Aymoneti Pollens que pridem fuerunt Glaudii Davoer dez Mollens et antiquitus personarum infrascriptarum,

2 Et primo, de bonis que antiquitus fuerunt Perreti Bocton et Vulliermete Ayes res infrascriptas, videlicet, domum dicti Jaquemodi Constantyn in [qua resident ?] eisdem ? [should be eidem ?] conjuges confitentes (the passage seems defective) cum curtina ante, ochia et plathea retro, et juxta contiguis inclusis alias certa parte eiusdem de bonis Aymoneti Gollyon et etiam certa plathea a parte venti decem octo pedum lata de bonis Johannis Soudant in qua est constructa stupha nova dicti confitentis, et continet dicta ochia retro unam magnam fossoratam juxta ochiam dictorum conjugum confitencium que fuit Stephani Cuvit a borea, ochiam heredum dicti Johannis Soudant quam tenet Johannes Costantyn a vento, et affrontat vie publice tendenti apud Montrechier anterius a lacu, et terre Jacobi filii quondam Francisci Cuvit que fuit Johannis Lambert superius a juria.

Item, ibidem subtus dictam domum quandam ochiam continentem unam fossoratum juxta domum Nycodi Rugin (=Roguyn ?) a vento, terram dictorum Ansermi et Michie conjugum confitencium infrascriptorum a borea, et affrontat dicte vie seu semite dèz Montrichier a juria, et cultili Johannis Andrey alias Quibley quod fuit a Morellon inferius a lacu.

2v Item, ibidem en Champo duas posas terre juxta ochiam dictorum conjugum prelimitatam et casale Johannis Andrey alias Quibley quod fuit a Cubyt et plures alias ochias dictorum Mathey a vento, terram et certas planchias dez Champo Johannis Lugrin et Nycodi Roguyn que fuerunt Mermeti de Curia a borea, et affrontat terre Jacobi Cuvyt que fuit Johannis Lambert superius a juria, et terre Johannis Juennyn que fuit Petri et Michaelis Mayor de Ballens inferius a lacu, per medium tamen transversat dicta simita dèz Montrichier.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam loco dicto en Montey juxta terram Petri filii quondam Anthonii de Curia que fuit Thome dez Exchandens ab oriente, terram Jacobi Cuvit junioris a juria, et affrontat terre Johannis Andrey alias Quibley que fuit Michaelis Venard a vento, et terre Johannis Bonjor burgensis Morgie que fuit Johannis Costantyn a borea, nuper rehemptam per dictos conjugues a Johanne Morellon juniore, et inde per Reverendum Dominum

Michaelum de Sabaudia olim priorem dicti Romanimonasterii debete laudatam et confirmatam  
(recorded 06 apr 1520 by Egregius Aymo de Combis de Brussins).

Item, loco dicto eys Escueney unam posam cum dimidia terre quam tenuit Stephanus Cuvit in vadio juxta terram Petri et Jacobi Mathey et Glaudii Bolley que fuit Petri et Michaelis Mayor alias dou Verney a borea, terram Jacobi Cuvyt junioris et plures contors a vento, et affrontat terre Glaudii Mayor alias dou Verney a lacu, et itineri publico tendenti a Pampignier apud Mollens a juria, noviter rehemptam ut supra a Johanne Cuvyt prout supra laudatam et confirmatam.

3 Item, en Longchamp alias en Tydoz ? unam posam terre quam teneri recognoverant in vadio Petrus Grand et Michael Venard et ab ipsis rehemptam, et laudatam prout supra juxta terram Petri filii Girardi Girgat (in some other terriers Girgaz) a lacu, terram Jacobi Mathey a juria, et affrontat terre Jacobi Cuvyt junioris a borea, et terre Jacobi Cuvyt senioris a vento.

Item, en laz Goctaz unam posam cum dimidia terre quam etiam recognoverat tenere in vadio Girardus Davoer indeque rehemptam et per inde laudatam ut supra juxta terram Petri filii quondam Anthonii de Curia et eius nepotum que fuit Thome deys Sauges a lacu et juria, et affrontat terre Hudrici Bovey que fuit de bonis dicte Girarde relicte Roleti Bovey a vento, et terre Jacobi Cuvyt junioris que fuit Stephani Cuvyt et pridem Johanneti de Prato a borea.

Item, eys Esterpy unam falcatam prati juxta pratum Johannis Morellon senioris alias a presenti partitum quod fuit Mermeti de Curia a borea, pratum dou Marest ... ? communitatibus dez Mollens a juria, pratum Stephani Grand alias Cohendoz a vento, et pratum Nycodi Galliard dez Monrichier a lacu...

3v Item magis, tenent et tenere confitentur dicti conjuges recognoscentes ... de bonis que antiquitus fuerunt Jaqueti dou Poy deinde Nycolleti seu Petri Vaulyon et postea Mermeti Cordey et deinceps supradicti Jaquemodi Costantyn et recognicione eiusdem prout supra facta, vicelicit unum morcellum ochie situm ou Croux ou Loup continentem unam fossoratam cum dimidia juxta terram Glaudii et Johannis Juennyn alias Sallyet que fuit Petri et Michaelis Mayor alias douz Verney a borea, cultile olim pratum Petri Rolet et Jacobi eius filii quod fuit eys Morellon a vento, et affrontat supra magnam viam tendentem ad Monrichier a lacu, et ochie Jacobi Mathey a juria...

Item, ulterius tenere confitentur predicti conjuges recognoscentes ab eisdem dominis Romanimonasterii ut supra ... de bonis Mermeti de Curia per eundem (apparently written eundem or eiundem) Mermetum in cuius supra commissarii Aymoneti Pollens postremo recognitis res et possessiones sequentes,

4 Et primo, ex vendicione sibi per Henricum de Curia facta apparente instrumento publico per Discretum Johannem Civit notarium ? quondam dez Mollens recepto dated 07 feb 1513 en Champ Clavel dimidiad posam terre juxta terram Johannis Bonjour ferraterii que fuit Johannis Constantin a lacu, terram Claudii Mayor sutoris dez Ballens habitatoris dez Mollens a

juria, et affrontat prato olim terre Stephani Cohendoz alias Grand de bonis heredum Petri dez Mont a borea, et terre Johannis Cuvit a vento.

Item magis, tenent ut supra ex rehemptione facta ab Hudrico Bovey alias Davoir pro tribus florenis parviponderis ut supra laudata et confirmata, videlicet en Communallyes tercium unius falcate prati juxta pratum Claudii Cuvit a borea, pratum dicti Hudrici Bovey de bonis suis maternis a vento, pratum Johannis Cuvit quod fuit dicti Lambert a juria, et pratum Claudii Juhennyn aleas (=alias) Salliet a lacu.

Item magis, tenere et possidere confitentur dicti conjuges confitentes a prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de eorum feudo et directo dominio sub tamen onere homagii ligii... de bonis Francisci Querdoux alias Crindoz villici dez Pampignierz... per eundem Franciscum in manibus supradicti Aymoneti Pollens seu Petri Challeti pro tunc commissarii dicti Romanimonasterii postremo recognitis que pridem fuerunt Auberti Querdouz dez Pampigniez ex vendicione sibi facta per Petrum Crincoz in presenti extenta debite laudata etconfirmata, videlicet en Muraz subtus Mollens unam falcatam prati juxta pratum et nemus quondam Jaqueti Lambert quod tenerunt liberi Petru de Coquina et quod tenent dicti Cuvit a juria, pratum Nycodi Roguin et Johannis Lugrin quod fuit herendum Petri dez Mont domicelli a vento, pratum Petri Mayor de Ballens a borea, et pratum Johannis Bonjour ferraterii burgensis Morgie a lacu.

5v At the end of this reconnaissance, there is a long notation : Ego Franciscus Grossi de Beria notarius commissariusque prothocollorum dicti quondam Glaudii Bessonis notarii et commissarii memorali qui supra et infrascriptis recognicionis instrumenti recepti... – it appears that Grossi was commissioned by Their Excellencies of Bern, who had only recently confiscated the priory of Romainmôtier, to compile this volume from the registers of the late Cladius Bessonis.

**6 Johannes Lugrin de loco habitator dez Mollens**, 07 may 1531, ex novo abbergamenti, res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et confino dez Mollens, nuper eidem domino commissas et exchetas ob deffectum deservitoris homagii et solutoris... que fuerunt Mermeti de Curia dez Clusez habitatoris dez Mollens abbergatarii quondam, que pridem Petri Davoer dez Mollens.,

6v Et primo, quondam domum olim quoddam casale ... situm ante domum Ansermi (clear) Boudyn et Michie eius uxoris cum ochiola contigua juxta domum dictorum Roguyn que fuit Glaudii et Johannis Chardon et pridem Aymoneti Dalo a vento, ochiam predictorum Anselmi (clear) et Michie conjugum de bonis Jaquemeti Costantyn ipsius Michie quondam patris et de huiusmodi feudo a borea, et affrontat supra viam publicam tendentem apud Monrichyer posterius a juria, et casali et curtili Johannis Andree alias Quibley de bonis quondam Johannis Morellon et pridem Stephani Cuvyt anterius a lacu, quarum quidem domus et ochie tenent (should be tenet) Nycodus Roguyn domum pro sex florenis parviponderis Sabaudie et dicti Anselmus et Michie conjuges ochiam a parte venti pro triginta solidis bone monete cursalis.

7 Item, ibi prope superius a parte jurie, domum dicti confitentis cum grangia noviter constructa unacum ochia retro et ante contiguis continentem circa quinque fossoratas inclusis duobus fossoratis a parte venti super quibus est edificata dicta grangia que fuit alias Johannis

Costantyn dudum excambiatis juxta domum et cultile Petri Rolet et Jacobi eius filii de huiusmodi feudo ac cultile Philipi Bougyn et nemus quondam Petri Rosset a vento, stupham domus et ochiam Ansermi Boudyn et eius uxoris de bonis Jaquemeti Costantyn et pridem dicti Soudant a borea, et affrontat vie publice dez Monrichier et domum dictorum Rolet inferius a lacu, et terre Jacobi Cuvyt senioris que fuit Jaqueti Lambert superius a juria.

Item, en Champo unam peciam terre continentem fere septem posas et plus **in pluribus parcellis** (we number them below, they sum to only 6 ½ poses) in quibus fuerunt olim incluse certe particule de bonis Johannodi Cohendoz et Johannodi Bocton et postea Johannis Maczonet et Johannis Rolet quarum prima (1) continet unam posam juxta terram Nycodi et Glaudii Roguyn patrui et nepotis a presenti divisam a lacu, iter publicam seu semitam dèz Monrichier superius a juria, terram Ansermi Boudyn et Michie eius uxoris de presenti feudo a vento, et Campum Breton Glaudii Mayor dez Ballens habitatoris dez Mollens etiam de huiusmodi feudo a borea.

7v Item (2), ibidem una alia pecia terre continens unam posam juxta terram Petri Mathey infra limitatam a juria, iter publicum dèz Mollens inferius a lacu, terram Jacobi Mathey a vento, et terram Jacobi Rolet a presenti divisam a borea, quam tenet dictus Petrus Mathey ex vendicione sibi facta per supradictum Henricum de Curia precio septem florenorum parviponderis Sabaudie et quinque solidorum eiusdem monete.

Item magis (3), ibidem una alia pecia terre continens etiam unam aliam posam terre juxta terram predicti Petri Mathey proximi (=proxime) limitatam ex oriente, terram heredum Jacobi Mayor ab occidente, terram eys Juhennyn alias Salliet a borea, et terram dicti quondam Henrici de Curia vendoris a vento, quam tenet idem Petrus Mathey pro quinque florenis parviponderis Sabaudie.

Item magis (4), ibidem una alia pecia continens dimidiā posam terre juxta Campum Breton Glaudii Juenyn alias Salliet de bonis quondam Jacobi et Humberti Mayor a lacu, semitam dèz Monrichier a juria, terram Ansermi (clear) Boudyn et eius uxoris a vento, et terram Jacobi Rolet a presenti divisam a borea, quam tenet Nycodus Roguyn ex vendicione sibi facta per Henricum de Curia precio triginta solidorum monete.

Item magis (5), ibidem una alia pecia terre continens circa unam posam juxta terram Johannis Lugry confitentis predicti a presenti divisam a lacu, viam publicam seu semitam dèz Monrichyer a borea, terram Anselmi (clear) Boudyn et Michie eius uxoris que fuit Jaquemeti Costantyn a vento, et terram dez Champ Breton Glaudii Mayor a borea.

Item magis (6), ibidem en Champo quedam pecia terre et nemoris continens duas bonas posas juxta terram confratrie dez Mollens a borea, terram et nemus Jacobi Cuvyt senioris superius a juria, terram Ansermi Boudyn et eiux uxoris de huiusmodi feudo a vento, et iter publicum seu semitam dèz Monrichyer inferius a lacu.

8 Item, en Lazgliez unam posam terre nemorosam juxta nemus olim terram Ansermi Boudyn et Michie eius uxoris filie quondam Jaquemodi Costantyn que fuit Johannis Soudant a vento, nemus dudum terram Glaudii Mayor dez Ballens habitatoris dez Mollens a

borea, et affrontat itineri publico a juria, et terre Johannis Andrey alias Quibley que fuit Michaelis Venard a lacu.

Item, ou Planoz unam posam terre juxta terram Jacobi Cuvyt junioris de bonis Stephani Cuvys eius patrui et pridem Petri Joly et eius uxoris a borea, terram Jacobi Mathey a vento, et affrontat terre Glaudii et Jacobi Cuvys fratum que fuit Jaqueti Lambert a lacu, et terre Johannis Morellon senioris a juria, quam tenet Philipus Boudyn ex assignacione dotis Jaquemete eius uxoris filie quondam dicti Mermeti de Curia pro sex florenis parviponderis Sabaudie.

Item, en Voudry unam peciam terre nemorosam juxta nemus olim terram Ansermi (clear) Boudin et eius uxoris que fuit Johannis Soudant a juria et lacu, et affrontat certis terris vacantis a borea.

Item, en Champ Clavel dimidiad posam terre juxta nemus olim terram Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn a lacu, terram Glaudii Mayor sutoris a juria, et affrontat prato olim terre Stephani Cohendoz alias Grand de bonis heredum Petri dez Mont a borea, et terre Johannis Cuvyt a vento, quam tenet Anselmus (clear) Boudyn ex vendicione sibi facta per Henricum de Curia pro quatuor florenorum parviponderis Sabaudie.

Item, en Champ Ryon unam posam cum dimidia terre juxta terram Jacobi Cuvyt junioris a borea, plures contors terrarum a vento, et affrontat terre Jacobi Cuvyt junioris que fuit Petri Vaulyon ab oriente, et terre Nobilis Francesie de Lavignyer et liberorum suorum que fuit heredum Petri dez Mont a juria, quam tenet Johannes Bonjor ex vendicione sibi facta per dictum Henricum de Curia precio viginti unius florenorum parviponderis Sabaudie.

8v      Item, en Mondillyon dimidiad posam terre juxta terram Petri filii quondam Anthonii de Curia et eius nepotum a lacu, terram Jacobi Cuvys junioris que fuit heredum Petri dez Mont a juria, et affrontat terre dicti Jacobi Cuvyt junioris de bonis dicti quondam Petri dez Mont a vento, et terre Johannis Morellon senioris a borea, quam tenet idem Jacobus Cuvyt junior.

Item, ou Bon dez Revers unam falcatam prati juxta pratum Domini Nostri Ducis Sabaudie quod tenet Dominus des Mont a lacu, pratum Jacobi Cuvyt junioris et Jacobi Mathey a juria, pratum dicti Jacobi Cuvyt junioris quod fuit heredum Petri dez Mont a borea, et pratum eiusdem Jacobi Cuvyt junioris quod fuit Johanneti de Prato a vento, quam tenet Anthonius Mayor dez Ballens certis preciis videlicet septem et decem florenis parviponderis Sabaudie.

Item, en laz Gottaz unam posam cum dimidia terre juxta marescum communem a lacu, terram Hudrici Bovey que fuit Girarde relicte Roleti Bovey eius quondam matris a juria, et affrontat terre Petri filii quondam Anthonii de Curia et eius nepotum que fuit Thome deys Sauges a borea, et terre Hudrici Bovey que fuit heredum Petri dez Mont a vento, cuiusquidem pose cum dimidia Nyodus et Glaudius Roguyn tenent medietatem a lacu, et Johannes Morellon senior alteram medietatem a juria.

Item, en la Condemynaz unam posam terre juxta terram Petri et Jacobi Rolet a juria, terram Johannis Morellon junioris que fuit Johanneti Terraux et Johannis de Frigidavilla a lacu,

et affrontat terre Hudrici Bovey de bonis Girarde relicte Roleti Bovey eius matris a vento, et terre Jacobi Cuvyt senioris que fuit Jaqueti Lambert a borea, quam tenet Peroneta uxor Nyctodi Roguyn ex vendicione sibi loco assignatione dotis sue facta per Henricum de Curia precio novem librarum monete.

9        Item, unum morcellum prati situm en Mosses juxta pratum Glaudii Juennyn alias Sallyet a lacu, terram Hudrici Bovey et plures contors a juria, pratum Glaudii Cuvyt quod fuit Johannis Soudant a borea, et pratum Hudrici Bovey a vento, quem tenet idem Hudricus Bovey sub tamen reacheti.

Item, eys Esterpys unam falcatam prati juxta pratum Anselmi (clear) Boudyn et Michie eius uxor filie quandam Jaquemeti Constantyn alias a presenti partitam a vento, terram et pratum Petri Rolet et Jacobi eius filii a vento, marescum communem a juria, et pratum et nemus quorumdam dez Monrichier a lacu.

Item, et generaliter omnes et singulas alias res et possessiones quascumque tenet et possidet in villa et territorio dez Mollens que fuerunt de tenemento dicti Mermeti de Curia et pridem predicti Petri Davoer exceptis hiis que de alterius feudo reperientur moveri et de quibus clare apparebit...

9v      Item magis, tenet et se tenere confitetur dictus confitens ab eisdem dominis Romanimonasterii ut supra ... de bonis dicti quandam Mermeti de Curia ut supra recognitis que pridem fuerunt dictorum Davoer et antiquitus Reymondi deys Gollyes et ex dicto abbergamento, videlicet en laz Corbaz dez Lestrembloz unum morcellum prati continentem unam falcatam juxta aquam de Lestrembloz a borea, terram Jacobi et Petri Mathey et Glaudii Bolley a vento, pratum Hudrici Bovey quod fuit dicti Mermeti de Curia de feudo domini dez Mont a lacu, et iter publicum a juria, quem vero prati morcellum tenent supradictus Hudricus Bovey et Stephanus Cohendoz alias Grand ratione cuiusdam fidejussionis et emmende hactenus factarum pro Gaudio et Petro Davoer fratribus, super quo morcello prati ipsi Bovey et Cohendoz teneri ? solvunt et debent honesto viro Johanni Bonjor burgensi Morgie tenenti bona Johannis Costantyn que pridem fuerunt dicti Soudant duos solidos annue pensionis ...

**10v Petrus Rolet dicti Brifaud (?) filius quandam Johannis Rolet et Jacobi Rolet eius filius de Mollens facta per dictum Jacobum suo proprio et dicti Petri eius patris nominibus,** 05 oct 1529, Jacobus Rolet filius Petri filiique quandam Johannis Rolet dez Mollens agens suo proprio et dicti Petri Rolet eius patris absentis, res infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et confino dez Mollens, ultimate per dictum Petrum Rolet in manibus Aymoneti Pollens recognitis que fuerunt dicti quandam Johannis Rolet, pridem vero Johannis Maczonet et antiquitus Cecillione filie quandam Reynauldi Pou ? uxor Girardi Goucznay et Nycolle filie Girardi Pou uxor Johannodi Bocton dez Mollens, dudum per quandam dominum commendatarium Romanimonasterii seu eius vicarum dicto quandam Johannis Rolet abbergatas,

11       Et primo, unum cursum domus sue scilicet a parte boree ubi focum faciet situm apud Mollens supra ecclesiam cum cirtina ante et pertinenciis suis juxta ochiam et platheam domus Johannis Lugry de loco habitatoris dez Mollens que fuit Mermeti de Curia et pridem Johannis Soudant a borea, residuum domus dicti confitentis de feudo Nobilis Johannis dez Mont

a vento, et affrontat supra charreriam publicam anterius a lacu, et ochie Philippi Boudyn de **Boegio** habitatoris de Mollens que fuit dicti Mermeti seu Henrici de Curia et pridem dicti Johannis Soudant posterius a juria.

11v Item, en Montey unam peciam terre et nemoris continentem circa quatuor posas cum dimidia inclusis alias duabus posis terre que fuerunt de bonis Johannodi Bocton unaquoque posa de bonis Cecillione Nycolaz et una posa cum dimidia nemoris a parte boree de bonis tam Johannis Follyet dez Vaulx ipsi et dictorum Morellon noviter excambiata juxta terram Petri filii quondam Anthonii de Curia et eius nepotum que fuit a Chapponet a borea, terram Philippi Boudyn quam tenet a Johanne Bonjor de bonis Johannis Costantyn a vento, terram dicti Johannis Bonjor que fuit ipsius Johannis Costantyn a lacu, et affrontat vie tendenti a Mollens versus Montemricherium a juria.

Item, ou Planoz unam posam cum dimidia terre juxta terram Petri filii quondam Anthonii de Curia et eius nepotem que fuit a Chapponet a vento, terram Philipi Boudyn de bonis a Costantyn et pridem dicti Soudant a borea, et affrontat terre Johannis Morellon senioris a juria, et terre Johannis filii quondam Stephani Cuvyt a lacu.

Item, en Voudry unam posam cum dimidia terre in nemus et pratum conversam juxta pratum olim terram Johannis Bonjour que fuit Johannis Consantny et pridem a Soudant a lacu, terram Jacobi Rolet confitentis a borea, terram dictorum Cuvyt que fuit a Lambert a vento, et nemus olim terram dicti Rolet et dictorum Morellon a juria.

12 Item, eus Escueney dimidiem posam dumorum olim terre juxta nemus olim terram Jacobi et Petri Mathey a borea, viam publicam a vento et juria, et terram Stephani filii quondam Petri Cohendoz alias Grand a lacu.

Item, ibidem eys Escueney dimidiem posam terre juxta terram Jacobi et Petri Mathey que fuit Stephani Cuvyt et pridem Petri Joly et eius uxoris a vento, viam publicam a juria et borea, et terram Glaudii Mayor dez Ballens sutoris habitatoris dez Mollens a lacu.

Item, soz (i.e., subtus or sous) Mosses unam posam terre juxta terram Hudrici Bovey de bonis heredum Petri dez Mont et inde Girarde Davoer a juria, terram eys Mathey a lacu, et affrontat terre Johannnis Morellon senioris que fuit Humberti Morand a borea, et terre Jacobi Cuvyt junioris a vento.

Item, en laz Condemynaz unam posam terre juxta terram Nycodi Roguyn quam tenet de bonis Mermeti de Curia et pridem Petri Davoer a lacu, terram Johannis Bonjor ferraterii burgensis Morgie que fuit Johannis Costantyn et pridem Johannis Soudant a juria, et affrontat terre Jacobi Cuvyt senioris que fuit a Lambert a borea, et terre Hudrici Bovey de bonis Girarde Davoer eius quondam matris a vento.

Item, en Byoux dimidiem falcatam prati et dumorum pratum Jacobi Monod alias Noblet quod fuit Petri Cohendoz a juria, pratum Johannis Andrey alias Quibley quod fuit Michaelis Venard a lacu, pratum dictorum Cuvyt a borea, et pratum eorundem Cuvyt quod fuit a Lambert a vento, quam tenet **Stephanus Monod alias Cigoen de Ballens** certo titulo.

Item, reachetum quod habet in et super duabus falcatis prati sitis en Malpraz juxta terram eys Mayor dez Ballens a lacu, pratum Petri filii quondam Glaudii Besanson quod fuit ou Rossel a juria, rivum dez laz Chamberoteryz a borea, et pratum dicti Petri Besanson quod fuit Johannodi Berthod a vento, quas tenet dictus Petrus Besanson seu Mermetus Rolaz dez Estuyes in vadio.

12v Item, eys Esterpys unam falcatam prati juxta pratum Johannis Morellon senioris quod fuit Mermeti de Curia et pridem Petri Davoer alias a presenti partitum a vento, marescum communem a juria, pratum Henrici et Nyctodi Golliard de Montericherio quod fuit Nyctodi Champanel a lacu, et pratum predicti Jacobi Rolet confitentis quod fuit Johannis Licyon de Montericherio a borea.

Item, reachetum quod habet in et super medietate duarum falcatarum prati indivisarum cum Johanne Morellon seniore causam habente ab Hugoneto Morand et Anthonio de Curia sitarum eys Gollyes alias eys Chentres dou Lanyoux (clear) juxta aquam dez Lestrembloz a borea et juria, pratum Glaudii Bolley quod fuit eys Mayor a vento, et pratum Hudrici Bovey quod fuit Girarde Davoer eius quondam matris a lacu, quem medietatem duarum seyturatarum tenet predictus Hudricus Bovey in vadio.

Item magis, tenet et se tenere confitetur dictus confitens ut supra de bonis in cuius supra commissarii manibus ultimo recognitis per Johannem filium quondam Glaudii Licyon dez Monrichier que fuerunt dicti Maczonet et per ante Cecillione Pou dicto confitenti ex rehemptione per ipsum facta a Jacobo Buffet administratore liberorum dicti Johannis Licyon eventis in presenti extenta debite laudata et confirmata, videlicet unum morcellum prati continentem unam falcatam situm en Lesterpy juxta pratum dicti confitentis a borea, pratum Johannis Morellon junioris quod tenet de bonis Mermeti de Curia et pridem Petri Davoer a vento, pratum dicti confitentis ab oriente, et pascuam communem dez Mollens a juria.

Item, et generaliter tenet omnes et singulas alias res et possessiones quascumque tenet in villa et confinio dez Mollens exceptis hiis que de alterius feudo et directo dominio moveri reperientur...

**14 Philipus Boudyn de parrochie Boegii oriundus habitator dez Mollens**, 07 oct 1529, res infrascriptas de bonis que antiquitus fuerunt Johannodi Sordet et deinde Glaudii Davoer postmodum vero Johannis Rolet alias Brifaud et ultimate Petri Rolet eius filii dez Mollens, per ipsumque Petrum Rolet in manibus Egregii Aymonetii Pollens notarii quondam recognitis ex vendicione sibi Philipo Boudyn confitenti per Jacobum filium quondam Anthonii de Curia causam jam habentis a dicto Petro Rolet facta (recorded 20 jan 1507 by Dompnus Franciscus de Vernetto notarius), inde per Reverendum Dominum Michaelem de Sabaudia priorem quondam dicti Romanimonasterii debite laudata et confirmata (recorded 02 mar 1520 by Egregius Aymo de Combis), videlicet quandam domum olim casale cum curtina et orta ante contiguis sitam apud Mollens supra ecclesiam ipsius loci juxta domum dicti Petri Rolet et Jacobi Rolet eius filii de feudo Johannis dez Mont moventem a borea, charreriam publicam a vento, et affrontat cuidam vie tendenti a Mollens versus Monrichier a lacu, et orto dicti Philipi Boudyn confitentis quod fuit dicti de Curia seu Petri Rosset posterius a juria...

15 Item magis, tenere confitetur dictus confitens pro se et suis predictis a prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de eorum feudo et directo dominio ut supra de bonis et recognitione Johannis Costantyn de **Jussiaco Episcopi** habitatoris dez Mollens... per eundem Johannem in manibus dicti Aymoneti Pollens commissarii ultmate facta que pridem fuerunt Johannis Soudant et Peronete eius sororis uxoris Johannis Pacton et antiquitus tam Mondeti quam Johannis Soudant ac certorum aliorum ex accensamento sibi confitenti per honestum virum Johannem Bonjor ferraterium burgensem Morgie facto (recorded by the undersigned commissaire), videlicet en laz Croys unam posam cum dimidia terre juxta terram Johannis filii quondam Philiberti Morellon a vento, terram Nycodi Roguyn que fuit Glaudii et Johannis Chardon a borea, et affrontat viis publicis a juria et lacu.

Item magis, tenet ut supra de eisdem bonis et recognitione dicti Johannis Costantyn predictis ex alio accensamento perpetuo eidem confitenti per dictum Johannem Bonjor facto (recorded 22 apr 1522 by quondam Johannes Cuvillieti notarius) et inde per Discretum Nycolaum Bruneriz de Sancto Liberio ipsius Johannis prothocollorum commissarium ut decet signato, res sequentes sitas in territorio dez Mollens,

15v Et primo, ouz Planoz alias eys Espynetes duas posas terre et nemoris juxta terram Petri Rolet et Jacobi eius filii ac Johannis Morellon senioris a vento, pratum ipsius Philipi Boudyn confitentis infrascripti a borea, pratum Petri Mathey a juria, et pratum Nobilis Francesie de Lavignyez quod fuit herendum Petri dez Mollens domicelli a lacu.

Item magis, ouz Planoz alias eys Espynetes duas falcatas prati juxta pratum Nobilis Francesie ? de Lavignyez quod tenent Hugoninus Ryonsiz Roguyn et Ansermus (clear) Boudyn de bonis herendum Petri dez Mollens a lacu, terram Petri Mathey a juria, pratum communitatis olim pascuam dez Mollens ac terram Nycodi Roguyn et nemus dictorum Cuvyt a borea, et terram dicti Philipi Boudyn confitentis proxime limitatam a vento...

Item magis, tenet prout supra de bonis Mermeti de Curia dez Clusez habitatoris dez Mollens et recognitione eiusdem Mermeti in cuius supra commissarii Aymoneti Pollens manibus postremo facta que pridem fuerunt Petri et Glaudii Davoer fratum spectantibus dicto Philipo confitenti et Jaquemete eius uxori filie quondam dicti Mermeti de Curia ex situacione dotis dicte Jaquemete sibi facta per sex florenis parviponderis Sabaudie (recorded 14 apr 1499 by Reverendus Dominus Michael de Sabaudie pro tunc prior dicti Romanimonasterii supra dictum laudata et confirmata (recorded by Aymo de Combis de Brussins), videlicet ouz Planoz unam posam terre juxta terram Jacobi Cuvyt junioris que fuit Petri Joly et eius uxoris a borea, terram Jacobi Mathey a vento, et affrontat terre Glaudii et Jacobi Cuvyt fratum que fuit Jaqueti Lambert a lacu, et terre Johannis Morellon senioris ab occidente...

(The word “oriundus” is from the same root as “origin”. The passage may be translated as *Philippe Boudyn originating from the parish of Boegy, inhabitant of Mollens.*)

16v **Nycodus Roguin habitator dez Mollens**, 22 nov 1529, de bonis Glaudii et Johannis Chardon fratum ultimate per dictum Glaudium suo et dicti Johannis eius fratriss nominibus (Aymoneti Pollens) que pridem fuerunt Glaudii et Johannis Mecyoux (=Messieux) et antiquitus Nycodi dicti Meciox, spectantibus eidem Nycodo Roguyn confitenti tam ex quictacionibus et

remissionibus quam et vendicione sibi facta per Glaudium, Johannem, et Glaudium Chardon per Reverendum Dominum Michaelm de Sabaudia quondam priorem dicti Romanimonasterii debite laudatis et confirmatis (Aymo de Combis) etiamque vigore divisionum inde inter ipsum Nycodum confitentem et Franciscum Roguyn eius quondam fratrem seu Glaudium filium suum dicti Nycodi nepotem factarum ...,

17     Et primo, medietatem unius morcelli ochie siti in villa dez Mollens retro domum cure continentis unam fossoratam juxta ochiam Nobilis Francesie dez Lavignyer que fuit heredum Petri dez Mont a borea, ochiam dicti Glaudii Roguyn a presenti divisam et de huiusmodi feudo a vento, et affrontat domum cure dez Mollens ab oriente, et ochie Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn et pridem Johannis Soudant a juria.

17v    Item, en Serzyn alias ou Passioux dimidiā posam terre juxta terram Jacobi Mathey a juria, terram Hudrici filii quondam Roleti Bovey et Girarde Davoer olim conjugum a lacu, terram Glaudii Roguyn eius nepotis a presenti divisam et de huiusmodi feudo a borea, et terram Stephani Monod dez Ballens que fuit Francisci Cuvyt et pridem de Lambert a vento.

Item, en Lestrembloz unam falcatam prati juxta pratū Glaudii Roguyn a presenti divisam et de huiusmodi feudo a vento, terram Stephani Cohendoz alias Grand a borea, terram Johannis Andrey alias Quibley que fuit Michaelis Venard a juria, et pratū Johannis Cuvyt ab oriente seu lacu.

Item, en Mondillyon ou Quarroz unam posam terre juxta terram Glaudii Juennyn que fuit Stephani Cuvyt et pridem Johannis Soudant a vento, terram Stephani filii quondam Petri Grand alias Cohendoz que fuit ou Rossel a borea, et affrontat terre eiusdem Nycodi confitentis sublimitate a lacu, et terre Petri Mathey a juria.

Item, ibidem eys Quarroz tres partes unius pose terre juxta terram eccelsie dez Mollens et plures contors a juria, terram Glaudii Roguyn ab huiusmodi divisam inferius a lacu, et affrontat terre Glaudii Bolley et dicti Nycodi Roguyn de bonis Hugonet Morand a vento, et terre Johannis Morellon senioris de bonis Nobilis Francesie dez Lavignyer a borea.

Item, en Muraz medietatem pro indiviso cum dicto Glaudio Roguyn pro altera medietate tercie parte indivise cum dictis Mathey pro aliis duabus partibus dimidie falcate prati juxta pratū Stephani Monod alias Cigoen quod fuit Petri Mayor junioris dez Ballens et pridem a Soudant a borea, pratū Stephani Cohendoz alias Grand a vento, pratū Stephani Monod quod fuit heredum Petri dez Mont a juria, et aquam Veyronis a lacu.

18     Item, eys Mosses medietatem pro indiviso ut supra tercie partis etiam indivise cum quibus supra dimidie falcate prati juxta terram Glaudii filii quondam Francisci Cuvyt que fuit Jaqueti Lambert a juria, pratū Hudrici Bovey quod fuit Glaudii Davoer a borea, pratū dictorum Roguyn et Jacobi Cuvyt junioris quod fuit Hugonet Morand a vento, et pratū Glaudii et Johannis Juennyn a lacu.

Item, in Montanis loco dicto ou Pra Mecieux medietatem pro indiviso cum dicto Glaudio nepote suo unius morcelli prati et nemoris continentem quinque seyturatas juxta pratum et nemus dictorum Mathey a borea et lacu, et commune a vento et juria.

Item, supra Pontem dez Veyron medietatem ut supra proxime indivisam dimidie pose terre juxta viam publicam a borea, et terram heredum Petri dez Mont a vento.

Item, etiam res sequentes que fuerunt de tenemento Cecillione matris Nycodi Mecieulx supradicti,

Primo, unam peciam terre sitam en laz Grossaz Pierraz continentem medietatem unius pose cum dimidia juxta terram Johannis Soudant quam tenet Stephanus Grand alias Cohendoz a vento, terram dicti Glaudii Roguyn scilicet aliam medietatem a presenti divisam a lacu, et viam publicam tendentem apud Pampignyer a borea et lacu juxta pratum Johannis Boujour quod fuit Johannis Costantyn a lacu, terram Glaudii Cuvyt a juria, nemus de Vouldry a borea, et pascuam communem a vento.

18v Item magis, de eisdem bonis eys Mecieux que pridem fuerunt quondam Petri Joly et Francesie eius uxoris medietatem unius pecie terre site en Montey continentem unam posam cum dimidia juxta terram Jacobi Cuvyt junioris a lacu, viam publicam a juria, et affrontat terre Johannis Bonjour que fuit Johannis Costantyn a borea, et terre dicti Glaudii Roguyn a presenti divise et de huiusmodi feudo a vento...

Item, ulterius tenet ut supra de bonis ultimate recognitis in manibus supradicti commissarii Aymoneti Pollens per Anthonium de Curia que antiquitus fuerunt Alexie filie Jaqueti de Mediavilla ex vendicione sub reacheto sibi confitenti per quondam Jacobum de Curia facta videlicet medietatem pro indiviso cum Petro filio quondam dicti Anthonii de Curia et eius nepotibus pro altera medietate unius morcelli prati siti ou Pra dez Exchandent versus Lesterpy continentis quatuor falcatas juxta pratum Stephani Cohendoz alias Grand a borea, plures contors pratorum aqua dez Lestembloz intermedia a vento, pratum heredum Glaudii de Lavignyer domicelli a juria, et dictam aquam de Lestrembloz a lacu...

19 Item magis, tenet prout supra de bonis et recognitione Mermeti de Curia dez **Clusez** Gebennensis diocesis habitatoris dez Mollens in manibus supradicti commissarii postremo facta ex diversis acquisitis inferius mentionatis res sequentes,

Et primo, ex vendicione sibi Nycodo Roguyn confitenti per Philipum Boudyn et Jaquemam eius uxorem facta precio sex florenorum parviponderis (recorded 22 apr 1509 by Ludovicus de Vernetto cappelanus, and confirmed by the late prior Michael de Sabaudia 06 apr 1520 recorded by Aymo de Combis), quandam particulam domus sue in qua residet sitam apud Mollens ante domum Ansermi (clear) Boudyn et Michie Costantyn eius uxoris juxta aliam particulam eiusdem domus sue que fuit Glaudii et Johannis Chardon et pridem Aymoneti Daloz a vento, ochiam predictorum Ansermi (clear) Boudyn et Michie Costantyn conjugum a presenti divisam et de huiusmodi feudo a borea, et affrontat supra viam publicam seu semitam tendentem a Mollens versus Monrichyer a juria posterius, et casali Johannis Quibley alias Andrey anterius a lacu.

19v Item magis, ex vendicione sibi Nycodo et Francisco Roguyn fratribus per Henricum de Curia precio triginta solidorum monete facta ut supra proxime laudata et confirmata dimidiam posam terre sitam en Champoul (elsewhere Champo or Champ Po) juxta terram Glaudii Juennyn alias Salliet appellatam Champbreton que fuit eys Mayor dez Ballens a lacu, semitam dèz Monrichier superius a juria, terram Ansermi (clear) Boudyn et eius uxoris a vento, et terram Jacobi Rolet a presenti divisam a borea.

Item magis, ex asserto accensamento sibi facto per domicellos de Lavignyer de Albona sub certis censu annuali et introgio medietatem unius pose cum dimidia terre inter ipsos confitentem et dictum Glaudium Rogjyn eius nepotem indivisam sitam en laz Goctaz juxta marescum communem a lacu, terram Johannis Morellon senioris a presenti divisam a juria, et affrontat terre Petri filii quondam Anthonii de Curia que fuit Thome des Sauges a borea, et terre Hudrici Bovey que fuit heredum Petri dez Mont a vento.

Item magis, ex vendicione eidem Nycodo per dictum Henricum de Curia pro novem libras dotalibus Peronete ipsius Nycodi uxoris facta prout supra laudata unam posam terre sitam en la Condemynaz juxta terram Petri Rolet et Jacobi eius filii a juria, terram Johannis Morellon junioris que fuit Johanneti Terraux et Johannis de Frigidavilla a lacu, et affrontat terre Hudrici Bovey filii quondam Girarde relicte Roleti Bovey alias Davoer a vento, et terre dicti Lambert quam tenet Jacobus Cuvyt senior a borea.

20 Item, in super tenet et tenere confitetur prout supra de bonis in cuius supra commissarii manibus per Franciscus Civit ultimate recognitis que pridem fuerunt Johannis Lambert et Jaqueti eius filii et antiquitus Vulliermete filie Jaqueti Soudant uxoris Lamberti Curtoz ex asserta vendicione sibi per quondam Stephanum Cuvyt facta per prefatum dominum Romanimonasterii presencialiter laudata et confirmata, videlicet en Destelley unam posam terre juxta terram Stephani Cohendoz alias Grand que fuit Johanneti de Porta a lacu, terram dicti Stephani Grand alias Cohendoz a juria, et affrontat prato eiusdem Stephani Grand de bonis heredum Nobilis Petri dez Mont a borea, et terre Johannis Cuvyt proprietarii a vento...

Item, ulterius tenere confitetur dictus confitens ab eisdem dominis Romanimonasterii et suis ut supra de bonis Michaelis Lambert dez Ballens et recognitione eiusdem in manibus dicti Aymoneti Pollens quondam facta que pridem fuerunt Glaudii Mecieux eidem confitenti expectantibus ex certa vendicione sibi facta per dictos ? Mayor dez Ballens inde per eundem dominum Romanimonasterii modernum in presenti extenta debite laudata et confirmata, videlicet medietatem unius pose cum dimidia terre site en Muratel juxta terram Jacobi Cuvyt junioris que fuit heredum Petri dez Mont a borea, terram Glaudii Roguyn eius nepotis scilicet alteram medietatam ab huiusmodi divisam a vento, et terram Glaudii Bolley a juria, et affrontat super Chintria prati Hudrici Bovey que fuit Michaelis Venard a lacu.

21 **Glaudius Roguyn dez Mollens filius quondam Francisci Roguyn habitatoris ipsius loci dez Mollens**, 22 nov 1529, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio dez Mollens... que fuerunt de bonis Glaudii et Johannis Chardon fratribus et recognitione eorundem fratribus ultimate facta in manibus Egregii Aymoneti Pollens... que pridem fuerunt Glaudii et Johannis Mecieux spectantibus antedicto Glaudio Roguy[n] confitenti tam ex quictacionibus et remissionibus quam et ex vendictione Nycodo Roguyn eius patrem per

Johannem et Glaudium Chardon factis inde per Reverendum Dominum Michaelem de Sabaudia pro tunc priorem et dominum dicti Romanimonasterii laudatis et confirmatis (recorded in 1520 by Aymon de Combis de Brussins) etiamque ex divisionibus nuper inter dictum quondam Franciscum Roguyn eius patrem et eundem Nycodum Roguyn fratres factis et sequentis,

21v Et primo, medietatem unius morcelli ochie continentis duas fosseratas siti in villa dez Mollens retro domum cure ipsius loci juxta ochiam Nycodi Rogyn eius patrui a presenti divisam et de huiusmodi feudo a borea, ochiam dicte cure dez Mollens que fuit tam a Venard quam Petri Rossel a vento, et affrontat domum dicte cure inferius ab oriente, et ochie Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn superius a juria.

22 Item, en Sersyn loco dicto ou Passioux medietatem unius pose terre olim vaccantis juxta terram Jacobi Mathey a juria, terram Hudrici Bovey de bonis Girarde Davoer eius quondam matris a lacu, terram Nycodi Roguyn eius patrui a presenti divisam a vento, et iter publicum seu pascuam a borea.

Item, en Lestrembloz medietatem duarum falcatarum prati dudm terre juxta pratum Johannis Bonjor quod fuit Johannis Costantyn a vento, pratum predicti Nycodi Roguyn ab huiusmodi divisam a borea, terram Johannis Andrey alias Quibley que fuit Michaelis Venard a juria, et pratum Johannis Cuvyt a lacu.

Item, eys Quarroz quartam unius pose terre juxta terram prenominati Nycodi Roguyn a presenti divisam a juria, terram Johannis Andrey quam tenet hiidem Roguyn patruus et nepos in vadio de bonis Michaelis Venard a lacu, et affrontat terre Glaudii Bolley et Nycodi Roguyn predicti de bonis eys Mathey et Hugonet Morand a vento, et terre Johannis Morellon senioris que fuit Nobilis Francesie de Lavignyer a borea.

Item, medietatem pro indiviso cum dicto Nycodo Roguyn eius patruo pro medietate tercie partis etiam pro indiviso cum dictis Mathey et Johanne Bonjor pro reliquis duabus partibus dimidie falcate prati site en Muraz juxta pratum Stephani Monod alias Cygoen dez Ballens a borea, pratum Stephani Cohendoz alias Grand a vento, pratum dicti Stephani Monod alias Cigoen de bonis heredum Petri dez Mont a juria, et aquam Veronis a lacu.

22v Item, medietatem pro indiviso cum dicto Nycodo Roguyn pro altera medietate tercie partis etiam indiviso cum quibus supra dimidie falcate prati site eys Mosses juxta terram Glaudii filii quondam Francisci Cuvyt que fuit Jaqueti Lambert a juria, pratum Hudrici Bovey de bonis suis maternis a borea, pratum dictorum Roguyn et Jacobi Cuvyt junioris quod fuit Hugonet Morand a vento, et pratum Glaudii et Johannis Juennyn a lacu.

Item, in Montana loco dicto en Pra Mecyoux medietatem pro indiviso cum dicto eius patruo pro alia medietate unius morcelli prati et nemoris continentis quinque falcatas juxta pratum et nemus dictorum Mathey a borea et lacu, et commune a vento et juria.

Item, supra Montem douz Veyron medietatem pro indiviso ut supra proxime dimidie pose terre juxta viam publicam a borea et terram heredum Petri dez Mont a vento.

Item, res sequentes que antiquitus fuerunt de tenemento Cecillione matris supra dicti Nycodi Mecyoux,

Primo, en laz Grossaz Pierraz medietatem unius pecie terre continentis unam posam cum dimidia juxta terram quondam Johannis Soudant quam tenet Stephanus Grand alias Cohendoz a vento, viam publicam tendentem a Mollens versus Pampignyer a borea, terram Johannis Morellon senioris a lacu, et terram dicti Nycodi Roguyn scilicet alteram medietatem a presenti divisam a juria.

Item, de bonis que antiquitus fuerunt Nycolleti Vaulyon et deinde dicti Mecyouz medietatem pro indiviso ut supra proxime cum dicto Nycodo Roguyn medietatis etiam indivise cum dictis Mathey et Glaudio Bolley pro reliqua media parte duarum falcatarum prati sitarum en Vouldry juxta pratum Johannis Bonjor quod fuit Johannis Costantyn a lacu, terram Glaudii Cuvyt a juria, nemus dez Vouldry a borea, et pascuam communem a vento.

23 Item, de bonis que antiquitus fuerunt Petri Joly et Francesie eius uxoris et postea exy Mecieulx medietatem unius pecie terre continentis unam posam cum dimidia site en Montey juxta terram Jacobi Cuvyt junioris a lacu, viam publicam a juria, terram Nycodi Roguyn predicti ab huiusmodi divisam a borea, et terram Johannis Andrey que fuit Michaelis Venard a vento, inclusa alias dicta dimidia posa a parte jurie que fuit de bonis dictorum Soudant et inde dictorum Meciox...

Item magis, tenet ut supra ex asserto accensamento predicto Nycodo Roguyn per domicellos de Lavignyer facto sub certis censu annuali et introgio de bonis Mermeti de Curia habitatoris dez Mollens ultimate per ipsum Mermetum in manibus dicti Aymoneti Pollens commissarii recognitis que pridem fuerunt Petri et Glaudii Davoer fratrum medietatem pro indiviso cum dicto eius patruo medietatis unius pose cum dimidia terre site en laz Gottaz juxta marescum communem a lacu, terram Johannis Morellon senioris a presenti divisam a juria, et affrontat terre Petri filii quondam Anthonii de Curia que fuit Thome de Sauges a borea, et terre Hudrici Bovey que fuit herendum Petri dez Mont a vento...

23v Item magis, tenet idem Glaudius recognoscens ab eisdem dominis Romanimonasteri prout supra de eorum feudo et directo dominio de bonis que antiquitus fuerunt Johannete filie Johannodi Cohendoz uxoris Anthonii Champanel et Petri filii quondam Glaudii Grand alias Cohendoz ac Michaelis Venard et Glaudie eius uxoris filie dicti Glaudii Grand alias Cohendoz et recognitione eorundem conjugum in cuius supra Aymoneti Pollens commissarii manibus postremo facto, eidem confitenti eventis vigore cessionis et remissionis supradicto Glaudio Roguyn eius patruo facte per Glaudium Maenciz per prefatum dominum Romanimonasterii inter alias debite laudate et confirmate, videlicet en Oulyon dimidiad posam terre juxta terram Jaqueti Pary dez Exchandens que fuit Glaudii Besanson dez Ballens et pridem a Coschet a vento, terram Glaudii Bolley et Petri Mathey que fuit Hugonet Morand a borea, et affrontat terre dicti Petri Mathey que fuit Hugonet Morand a lacu, et terre Stephani Grand alias [Cohendoz] de feudo dictorum dez Lavignyer et terre Hudrici Bovey a juria, sub censu recognito et debito per dictum Stephanum Grand et eius nepotem.

24 Item, ulterius tenere confitetur dictus Glaudius confitens ab antedictis dominis Romanimonasterii de eorum feudo et directo dominio ut supra de bonis et recognitione Michaelis Lambert dez Ballens per ipsum Michaelem in manibus dicti Aymoneti Pollens commissarii postremo facto que pridem fuerunt Glaudii Mecieulx de Beria spectantibus eidem confitenti ex vendicione dictorum ? Roguyn per dictos Mayor de Ballens facta ut supra laudata et confirmata, videlicet medietatem unius pose cum dimidia terre site en Muratel juxta terram supradicti Nycodi Roguyn eius patrui a presenti divisam a borea, terram Petri Mathey a vento, terram Glaudii Bolley a juria, et affrontat super chintria prati Hudrici Bovey que fuit Michaelis Venard a lacu...

25 **Johannes Andrey alias Quibley (Cribley) de Sancto Georgio habitator dez Mollens,** 02 dec 1529, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio dez Mollens alias in manibus quondam Aymoneti Pollens de Romanimonasterii presencium extentarum commissarii recognitas per Michaelem Venard alias de Lappra (=de la Pra) suo et eius neptis filie quondam Johannis Venard nominibus et inde per eundem Johannem confitentem prout presencialiter fidem fecit que pridem et antiquitus fuerunt hominum infrascriptorum,

25v Et primo, de bonis que antiquitus fuerunt Hugonete filie Humberti Pastour unum morcellum orti continentem dimidiad fossoratam vel circa situm in villa dez Mollens retro domum Glaudii Cuvyt alias a presenti partitum qui fuit Petri Rossel a borea, ruetam dicti Glaudii Cuvyt ad...dum ad quoddam casale dicti quondam Petri Rossel a lacu, et semitam tendentem ad Montemricherium a juria.

Item, eys Communallies unum morcellum prati continentem quartum unius falcate juxta pratum Stephani Cohendo alias Grand a borea, pratum et terram Johannis Cuvit que fuit dicti Lambert a juria, pratum Telini Boudyn de bonis Johannis Costantyn a vento, et pratum Johannis Andrey alias Quibley quod fuit Michaelis Venard a lacu.

Item, en Longiz Malez tercium pro indiviso cum dictis Jacobo et Johanne Cuvit et cum quolibet eorundem pro tercio unius falcate prati et nemoris juxta terram et nemus Glaudii Racloz de bonis dicti Glaudii Cuvit confitentis et pridem dicti Lambert ab oriente, pratum Jacobi Rolet quod tenet de bonis Johannis dez Mont domicelli a juria, pratum Johannis Lugryn de bonis Nycodi dez Mont a borea, et nemus Jacobi Mathey a vento.

116v Item, en Byoux unam falcatam prati pro indiviso cum Jacobo eius fratre juxta pratum Johannis Andrey alias Quibley ab oriente, pratum Jacobi Monod alias Noblet de bonis dictorum Venard a juria, et affrontat pluribus contors terrarum a borea, et prato dicti Jacobi Monod quod fuit Glaudii Cohendoz a vento.

Item, en Morvel alias eys Oyes medietatem unius pecie terre continentis tres posas inclusa certa parte alias que fuit de bonis et tenemento dictorum Cohendoz juxta terram dicti Johannis Cuvit a presenti divisam et de huiusmodi feudo a vento, terram Jacobi Cuvit junioris a borea, et affrontat terre Glaudii Bolley de bonis dictorum Mathey a lacu, et itineri publico a juria super autem quartam parte earundem trium posarum a parte venti de bonis dictorum Cohendoz ut predicitur inclusa debentur Stephano Cohendoz et Johanni Moennoz de pensionis per annum videlicet octo denarii Lausannensium.

117 Item, loco dicto ouz Planoz tercium unius falcate cum dimidia prati juxta terram dicti Glaudii Cuvit confitentis que fuit a Lambert a juria, pratum Hugonini Ryonsyz ac Tellini Boudyn et dictorum Roguyn quod fuit herendum Petri dez Mont a lacu, pratum dicti Jacobi Cuvit senioris a presenti divisum et de huiusmodi feudo a borea, et pratum olim terram Glaudii Bolley que fuit Jacobi Mathey et pridem Johanneti Terraule a vento.

Item, en Rosset supra loz Rocheyvroz unam posam terre juxta terram Stephani Grand alias Cohendoz a lacu, terram Johannis Morellon junioris a juria, et affrontat terre Anthonii

Mayor de Ballens a presenti divise et de huiusmodi feudo a vento, et terre Johannis Bonjor quam tenet de bonis quondam Mermeti de Curia a borea.

Item, eys Gollies alias en Lestrembloz terciam partem unius morcelli prati continentis tres falcatas inclusa una falcata earundem per dictos Mathey alias indivise recognita juxta aquam de Lestrembloz ab oriente et a vento, pratum Johannis Cuvit a presenti divisum et de huiusmodi feudo a borea, et pratum dicti confitentis superius limitatam a juria.

117v Item, et generaliter omnes et singulas alias res et possessiones si quas tenet de feudo et directo dominio dicti Romanimonasterii...

118 Item magis, tenere confitetur dictus Glaudius confitens pro se et suis ab eisdem ecclesia et dominis Romanimonasterii et suis jandictis de eorum feudo et directo dominio de bonis eiusdem Francisci Cuvit quondam per ipsum ... recognitis ut supra que pridem fuit Johanneti de Prata et consequenter Nycodi Berthollet et Peronete eius uxoris neptis dicti Johanneti de Prata ex eisdem successione et partagiis suis quibus supra, videlicet en Revers alias en Crousaz unum morcellum terre continentem quartum unius pose, de una posa alias in simul limitata juxta viam publicam a borea, terram Petri Mathey que fuit Hugoneti Morand a vento, et affrontat terre predicti Jacobi Cuvit a presenti divise a lacu, et terre dicti Johannis Cuvit quam tenent Johannes Mathey et Maria eius uxor itaque ab ista divise et de huiusmodi feudo a juria...

118v Item, ulterius confitetur pro se et suis predictis a prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de eorum feudo et directo dominio... de eiudem bonis dicti quondam Francisci Cuvit per ipsum aliunde recognitis que pridem fuerunt Johannis Lambert et Jaqueti eius filii et antiquitus Vuilliermete filie Jaqueti Soudant uxoris Lamberti Curto patris dicti Johannis Lambert et certarum aliarum personarum infrascriptarum tam ex successione sua paterna quam ex divisionibus suis prout supra factis res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et territorio et confinio dez Mollens cum ipsarum fundis... ,

119 Et primo, medietatem pro indiviso cum dicto Jacobi Cuvit eius fatre pro alia medietate sex solidorum bone monete cursabilis de pensione per annum sibi Cuvit debitos inter alia per Petrum et Glaudium Griffon fratres super una domo olim casali domus dicti quondam Jaqueti Lambert site in ville de Mollens ante domum eys Soudant quam tenet Johannes Bonjor et domunculam Glaudii Racloz a presenti divisam a borea, viam publicam a vento, et affrontat carrerie tendenti apud Beroulaz superius et posterius a juria, et ochie Johannis Morellon junioris inferius a lacu.

119v Item, ibidem quandam ochiam continentem unam fossoratam de duabus fossoratas alias in simul recognitis et limitatis de bonis Petri et Michaelis Mayor quondam de Ballens juxta ochiam predicti Jacobi Cuvit a presenti divisam a borea, ochiam Johannis Morellon junioris et dictorum Griffon a vento, curtinam domus dictorum Gryffon et Glaudii Raclo de huiusmodi feudo superius a juria, et curtile eys Mathey et Jacobi cuvit junioris inferius a lacu.

Item, ou Planoz tercium unius pose terre juxta certos contors terrarum a juria, terram eiusdem Glaudii Cuvit confitentis a lacu, et affrontat terram dictorum Mathey quam tenet

Glaudius Bolley eorum condivisor a vento, et terre dicti Jacobi Cuvit a presenti divise et de huiusmodi feudo a borea.

Item, en Bougeryt circa dimidiā posam terre cum quadam chentria prati juxta terram Petri Mathey a vento, terram Johannis Morellon senioris que fuit Hugonet Morand seu terram Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn a borea, et affrontat terre dicti Jacobi Cuvit a presenti divise et de huiusmodi feudo a lacu, et terre Glaudii Bolley de bonis dictorum Mathey a juria.

120 Item, en Champbrayer circa unam posam terre juxta terram Johannis Bonjor de bonis Johannis Costantyn a borea, terram Glaudii Mayor sutoris habitatoris de Mollens a vento, et affrontat prato Johannis Bonjor quod fuit Johannis Costantyn a lacu, et terre Jacobi Cuvit junioris quam tenet de bonis dicti Lamber a juria.

Item, ou Lanioux eys Gollyes medietatem pro indiviso ut supra unius falcate cum dimidie prati juxta pratum Glaudii Bolley quod fuit dictorum Mathey et Mayor a borea, pratum Hudrici Bovey quod fuit Michaelis Venard a vento pratum Johannis Bonjor quod fuit Girarde relicte Roleti Bovey a lacu, et aquam de Lestrembloz a juria.

Item, en Champo unam posam terre dumorosam indivisam cum dicto Gaudio Cuvit et quam ab ipsis fratribus tenent dicti Griffon sub pensione supradicta sex solidorum monete juxta terram Jacobi Rolet de bonis Mermeti de Curia a lacu, unam tendentem a juria, et affrontat terre Glaudii Mayor de Ballens habitatoris de Mollens a vento, et vie tendenti apud Monrichier a borea.

120v Item, en laz Singiz alias en Muratel unam posam terre de tribus posis postero in simul limitatam juxta terram Johannis Cuvit quam partam tenet Soudant dez Ballens in vadio a presenti divisam et de huiusmodi feudo a lacu, terram Petri Mathey que fuit Hugonet Morand a juria, et affrontat terre Anthonii Mayor que fuit Girarde relicte Roleti Bovey a borea, et terre Johannis Moennoz de bonis Petri Grand a vento.

Item, en Serzyn alias ou Passyoux medietatem pro indiviso ut supra unius pose terre cum quadam chentria prati juxta plures contors pratorum a juria, terram et nemus Petri et Jacobi Mathey a lacu, et affrontat prato Glaudii Bolley et Hudrici Bovey a vento, et prato Johannis Lugry de feudo nobilium dez Lavignyer a borea.

Item, ou Chargioux medietatem unius pose terre juxta terram Johannis Cuvit a presenti divisam a borea, terram Hudrici Bovey de bonis Girarde Davoer eius quondam matris a vento, et affrontat vie publice tendenti apud Beroulaz a lacu, et certis planchiis ... ? a juria.

Item, en Champ Brayer unam posam terre indivisam quoad reachetum inter ipsos tres Cuvit condivisors juxta terram Jacobi Cuvit junioris tenementarii que pridem fuit Johanneti de Prata a juria, plures contors terrarum a lacu, terram Tellini Boudyn a borea, et terram eiusdem Jacobi Cuvit junioris de bonis ipsius Lambert a vento, quam ab eisdem fratribus et nepote tenet in vadio idem Jacobus Cuvit junior.

Item, en Chasney tertium pro indiviso ut supra unius pose cum dimidia nemoris olim terre juxta plures contors nemorum olim terrarum a borea, nemus dudum terram Jacobi Cuvit junioris de bonis Petri Joli a vento, viam publicam a juria, et affrontat certis planchiis Johannis Bonjor que fuerent Johannis Costantyn a lacu.

Item, reahetum perpetuum sibi confitenti et dictis eius fratris nepoti pertinens in et super rebus sequentibus quas ipsis tenet supradictus Cuvit in vadio scilicet Jacobus junior,

Et primo, ou Soul super dimidia posa terre juxta terram dicti Jacobi Cuvit junioris de bonis Petri Grand alias Cohendoz a lacu, terram eiusdem Jacobi tenementarii de bonis suis paternis a juria, et affrontat terre Glaudii Bolley a vento, et terre Tellin Boudyn et eius uxoris a borea.

121v Item, et en Voudry super una posa terre juxta terram dicti Jacobi Cuvit junioris tenementarii a lacu, terram Johannis Bonjor a juria, et affrontat terre Jacobi Rolet a borea, et terre dicti Jacobi junioris tenementarii.

Item, en Longiz Malez medietatem unius falcate cum dimmidie prati juxta pratum Johannis Cuvit condivisoris eius seu ab huiusmodi divisam et de presenti feudo a lacu, pratum Jacobi Cuvit junioris et plurium aliorum a juria pratum Johannis Andrey alias Quibley quod fuit Michaelis Venard a vento, et pratum Hudrici Bovey de bonis Girarde Davoer eius quondam matris a borea.

Item, eys Chaulx tertium pro indiviso cum quibus supra Jacobo Cuvit ipsorum nepote pro aliis duabus partibus, quarte partis etiam pro indiviso cum Johannis et Francisco Arsonarres alias dez May dez Beroulaz pro quarto et Johannis Bonjor pro alio quarto duarum falcatarum prati juxta pratum ipsius Johannis Bonjor a borea, commune a vento et juria, et pratum Johannis Andrey quod fuit Michaelis Venard a lacu.

122 Item, eys Esvueneys tertium unius morcelli terre et prati continentis dimidiam falcata et plus juxta terram olim pratum Glaudii Mayor dez Ballens sutoris habitatoris dez Mollens alias cum presenti partiti a lacu, pratum et terram Jacobi Cuvit eius condivisoris ab huiusmodi divisam et de huiusmodi feudo a juria, terram dicti Johannis Cuvit condivisoris sui que fuit dictorum Lambert a vento, et terram Tellini Boudyn que fuit Stephani Cuvit et pridem Glaudii Davoer a borea.

Item, en laz Gottaz tertium unius morcelli terre continentis duas posas nuper reemptas a dictis Morellon juxta terram dicti Johannis Cuvit a presenti divisam a borea, terram dicti Jacobi Cuvit etiam dicti Jacobi Cuvit etiam a presenti divisam et de huiusmodi feudo a vento, et affrontat terre Hudrici Bovey de bonis Girarde Davoer matris sue et pridem ou Rossel a lacu, et pascue communi a juria.

Item, ibidem contigue en Longbey unam posam terre juxta terram Johannis Morellon junioris que fuit Petri Grand a borea, terram Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn a vento, et affrontat terre Glaudii Bolley de bonis eys Mathey quadam semita intermedia a juria, et itineri publico a lacu.

123 Item, etiam res sequentes que antiquitus fuerunt Nycole filie quondam Jaqueti Bergoz,

Primo, en Bougeriz unam posam terre indivisam ut supra juxta plures contors a borea, terram Johannis Bonjor et Jacobi Cuvit junioris tenementarii a vento, et affrontat prato Glaudii Bolley de bonis dictorum Mathey a lacu et juria.

Item, desobt (=dessus, subtus) loz Bon des Rueyriz tercium pro indiviso ut supra dimidie falcate prati juxta pratum Johannis Bonjor a borea pratum Jacobi Cuvit junioris quod fuit a Chapponet a vento, et affrontat eys Deux Bon a juria et lacu.

Item, etiam res sequentes que antiquitus fuerunt Rolete filie Johannodi Gollyon,

Primo, en Muraz unam falcatam prati juxta pascuam communem a borea, pratum Jacobi Mathey et Petri Mayor quod fuit Johannis Follyet a vento, et aquam Veronis ex oriente.

Item, ou Chagnoz loco nunc dicto ouz Flinzel tercium unius pecie terre continentis duas posas inclusa alias quadam particula que fuit de bonis Johannis Soudant et Johannis Costantyn juxta terram dictorum Jacobi et Johannis Cuvit a presenti divisam et de huiusmodi feudo a lacu et juria, et affrontat terre Petri Mathey et Johannis Bonjor a borea, et itineri publico a vento.

Item, en Revers subtus laz Chargioulaz medietatem cum quo supra Jacobo Cuvit eius fratre pro altera medietate unius pecie prati continentis dimidiem falcatam juxta pratum dictorum Gryvel de Sancto Liberio de bonis Nobilis Glaud[ii] de Lavignyer quondam a borea, pratum Glaudii et Johannis Juennyn alias Salliet fratrum quod fuit Jacobi Mathey a vento, pratum curati de Mollens ab oriente et pratum dictorum Mathey a Jacobi Cuvit junioris a juria, sibi confitenti per Anthonium Mayor dez Ballens in excambium tradictam.

Item magis, eys Chaulx tercium prout supra indivisum quarte partis etiam pro indiviso cum dictis Assonares pro medietate et dictis Mayor pro quarto dimidie falcate prati juxta pratum Cuvit condivisorum suprascriptum a lacu, pratum Francisci Morel de Beria a vento, et pratum Jacobi Cuvit junioris a juria et borea.

123v Item, et generaliter omnes et singulas alias res et possessiones si que fuit et fuerunt de tenemento et hereditate dicti quondam Jaqueti Lambert exceptis hiis que de alterius feudo et directo dominio moveri reperientur, et pro premissis rebus et possessionibus que fuerunt dictorum Lambert debet et debere confitetur prenominatus Glaudius Cuvit confitens pro se et suis prefatis dominis priori et conventui dicti Romanimonasterii et suis jandictis de censu et servitio annuali et perpetuo singulis annis termino premisso festi Nativitatis Domini Nostri ex duabus quarteronis frumenti quindecim quarteronis avene rasis et triginta uno solidis cum dimidio bone monete cursalis in patria Vuaudi census alias per dictum quondam Franciscum Cuvit pro dictorum Lambert bonis debitibus et recognitis ut pro tercia parte eiusdem census per dictum confitentem debita vigore divisorum suarum, videlicet duas partes unius quarteroni boni et receptibilis frumenti quinque quarterenos rasos bone et receptibilis avene ad dictam mensuram Albone et decem solidos cum dimidio jandicte monete annualiter et perpetue prout supra persolvendos...

124 Item magis, tenere confitetur ab eisdem dominis Romanimonasterii et suis quibus supra de eorum feudo et directo dominio ac in homagium censerium scilicet sub censu et aliis oneribus subscriptis per Petrum Rossel dez Mollens in manibus supradicti Aymoneti Pollens commissarii que pridem fuerunt Johannis Rossel eius patris quondam spectantibus dicto confitentis ex vendicione dicto quondam Francisco Cuvit patri suo per dictum Petrum Rossel facta constante instrumento publico manu quondam Glaudii Cuvit recepto 01 feb 1504 per illustrem et reverendum Dominum Michaeliem de Sabaudia pro tunc dominum Romanimonasterii laudata et confirmata apparente laudimio debite sigillato 02 mar 1520, et per Egregium Aymonis de Combis notarium de Brussins ut decet signato, videlicet unum casale citurni situm apud Mollens retro casale domus dicti quondam Petri Rossel cum ochia a parte venti contigua continente dimidiata fossoratam juxta ochiam Johannis Lugry que fuit Mermeti de Curia et pridem Johannis Rossel predicti a borea, quadam ochia curtilis Johannis Andrey alias Quibley que fuit Michaelis Quibley que fuit Michaelis Venard quedam ruetas de pertinentiis dicti casalis citurni intermedia a vento, casale domus dicti quondam Petri Rossel quod tenet Franciscus Parix inferius a lacu, et semitam de Monrichier superius a juria, pro quoquidem casali ultimate limitate et recognito debere confitetur dictus confitens pro se et suis predictis antedictis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de annuali et perpetuo censu seu redditu..., actum apud Mollens in magna stupha domus Telini Boudyn et eius uxoris presentibus ibidem, Johanne Morellon, Johanne Lugry, et Discreto Michaele de Marthereto de Essertynes notario.

125v Successive vero 27 feb 1531, Glaudius Cuvit confitens supradictus, de bonis que antiquitus fuerunt eys Soudant de Mollens deinde Aymoneti Dalle et postmodum Glaudii Arsonarres alias dez Mays dez Beroulaz et confessione eiusdem Glaudii Arsonarres postremo in cuius supra commissarii Aymoneti Pollens manibus facta eidem Glaudio Cuvit confitenti eventis et pertinentibus tam ex empto per ipsum confitentem habito a Johanne et Francisco Arsonarres alias dez Mays apparente lictera manu Discreti Petri Morelli de Beria clerici recepta 19 jan 1530 quam et ex vendicione sibi per dictos Johannem et Franciscum Arsonarres alias dez May fratres hodie facta constante instrumento publico date vendicionis per me commissarium subsignatum..., res sequentes sitas in supradicto confinio dez Mollens,

126 Et primo, eys Chaulx quartam partem pro indiviso cum eodem Glaudio ac Jacobo et Johanne Cuvit condivisoribus suis et dictis Mayor dez Ballens pro medietate et Johanne Bonjor pro alio quarto duarum falcatarum prati juxta pratum Johannis Bonjor predicti a borea, pratum Johannis Andrey alias Quibley a lacu, et commune a vento et juria.

Item magis, ibidem eys Chaulx medietatem etiam pro indiviso cum dictis Cuvit et dictis Mayor dez Ballens dimidie falcate prati juxta pratum Jacobi Cuvit dez Longiz Malez a borea, pratum Francisci Morel de Beria a vento, pratum dicti Jacobi Cuvit junioris a juria, et pratum a lacu ..., et inde pro eisdem rebus novissimus ? recognitis debere confitetur dictus confitens pro se et suis predictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de censu annuali et perpetuo servitio in exonerationem censum annualium alias per dictum quondam Glaudium Arsonarres alias dez Maye et pridem per Petrum Joly et eius uxorum debitorum ex arrestoque ibidem inter dictos fratres Arsonnares venditores et emptorem confitentem ..., actum apud Ballens in domo Glaudii Soudant presentibus ibidem, supradicto Johanne et Franciso Arsonarres alias de Mays dez Beroulaz fratribus testibus...

**127v Venerabilis vir dominus Glaudius Chenalis (also Chenevalis) curatus et rector ecclesie parochialis dez Mollens**, 01 dec 1529, in sequendo tenorem et formam recognitionis  
Venerabilis viri Domini Humberti de Dissus olim curati dicte ecclesie dez Mollens per  
Venerabilem virum Dominum Franciscum de Vernetto quondam vicarum et rectorem ipsius  
parochialis ecclesie pro eodem Domino Humberto quondam curato et ipsius nomine  
procuratorio in manibus et extenta Aymoneti Pollens commissarii quondam ultimate facte, et  
pridem in manibus Andree Peronet per edundem Dominum Humbertum de bonis eisdem  
Domini Humberti curati quondam dez Mollens se tenere velle tenere et tenere debere ac tenere et  
possidere constituit a prefatis dominis commendatarii et conventus dicti Romanimonasterii et  
suis... res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et territorio et confinio dez Mollens  
... que antiquitus fuerunt tam liberorum quondam Jaqueti Soudant, Johannete dez Bruyt, Rolete  
filie Johannodi Gollyon, et deinde dictorum Mathey quam dictorum Venard et dictorum Coschet,

128v Et primo, apud Mollens ante domum dicti curati unum morcellum curtis  
continentem duas fossoratas juxta domum Jacobi filii quondam Francisci Cuvit de huiusmodi  
feudo a borea, viam publicam a lacu, curtile Johannis Morellon senioris de feudo seu directo  
dominio nobilium de Albona de Morgia a vento, et pertinenciis domus eiusdem domui curati a  
juria, quit fuit de bonis eys Soudans.

Item, subtus Puteum loco dicto en Malley unam peciam terre continentem circa duas  
posas juxta terram Stephani Grand alias Cohendoz que fuit Michaelis Venard et pridem Johannis  
Soudant a borea, clausum Johannis Bonjor ferraterii a vento, et affrontat vie publice tendenti ad  
villam dez Monrichier a juria, et terre Johannis Moennoz dicti Brison a lacu, super qua dicti  
Mathey habet reachetum.

129 Item, ibidem unam posam terre juxta terram Petri Mathey a borea, clausum et  
pratum Nobilis Francisci Mistralis de Albone condomini Berie de bonis nobilium dez Mollens et  
terram Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn et pridem Johannis Soudant a vento et lacu,  
et cultile dicti Johannis Bonjor a juria.

Item, octo denarios Lausannenses annue pensionis sibi domino curato confitenti per  
dictum Johannem Bonjor debitos et qui octo denarii pensionales pridem debetantes per  
Johannem Costantyn super dimidia posa terre sita en Crousaz juxta terram dicti Johannis Bonjor  
que fuit Johannis Costantyn a vento, et affrontat prato Telini Boudyn olim vie publice ab oriente  
seu a lacu, et vie publice superius a juria, pro quibus rebus premissis debet et debere confitetur  
dictus confitens pro se et suis predictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de  
censu annuali et perpetuo, videlicet duodecim denarios Lausannenses annualiter in manibus  
receptoris eorundem dominorum Romanimonasterii in festo Nativitatis Domini Nostri Jesu  
Christi prepetue persolvendos.

129v Et preterea confitetur quod ad mutacionem curatus debentur dictis dominis  
Romanimonasterii quinque solidi bone monete ...

Item magis, tenet et tenere confitetur ut supra de eisdem bonis et recognitione ut supra  
facta que antiquitus fuerunt dictorum Venard et Coschet videlicet unum morcellum ochie  
continentem unam fossoratam sitam retro domum dicte cure juxta ochiam Jacobi Cuvit senioris

que fuit Jaqueti Lambert et ochiam Jacobi Mathey a vento, ochiam Glaudii Roguyn que fuit eys Chardon a borea, et affrontat domum dicte cure ab oriente et ochie Glaudii Racloz dicti de Bonnaz que fuit domum Francisci de Vernetto et pridem Petri Rossel a juria, pro quaquidem ochia proxime recognita debere confitetur dictus dominus curatus confitens pro se et suis predictis antedictis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de censu annuali seu redditu per annum... , actum apud Mollens in stupha nova Tellini Boudyn et sue uxoris presentibus ibidem, Jacobo Mathey et Glaudio Mayor de Ballens habitatore de Mollens testibus...

**131 Franciscus Paryx (Parix, =Paris) habitator dez Mollens**, 19 sep 1540, de bonis Petri filii quondam Johannis Rossel dez Mollens per ipsum Petrum in manibus et extenta Aymoneti Pollens facta que pridem fuerunt dicti quondam Johannis Rossel tam ex accensamento sibi confitenti inter alias facto quam ex reemptione nuper ipsum facta a Domino Ludovico de Vernetto capellano de Monrichier debite laudatais et confirmatis res sequentes sitas et jacentes in confinio dez Mollens,

131v Et primo, en Maulpraz unam peciam prati continentem unam falcata cum dimidia juxta rivum dez laz Chamberoteyriz a borea et lacu, pratum Petri Mathey a juria, et pratum Johannis Bonjor quod fuit Johannis Costantyn a vento. Item magis, ibidem unam aliam peciam prati continentem unam falcata cum dimidia juxta rivum seu loz Bon dez Malpraz a vento, pratum Johannis Bonjor quod fuit Johannis Costantyn a borea, pratum Anthonii Mayor quod tenet in vadio a Glaudio et Jacobo Cuvit de bonis Jaqueti Lambert a juria, et pratum Petri Besenson quod fuit Johannis Rolet a lacu, quam tenet predictus Petrus Besenson dez Ballens.

132 Item, en Muraz alias en laz Chinaulx unum morcellum prati indivisum cum Stephano Grand alias Cohendo pro tercie parte continentem unam falcata juxta pratum Petri et Michaelis Mayor des Ballens a lacu, viam publicam tendentem apud Apples a borea, et affrontat prato dez laz Chinaulx dicti Petri Mayor de bonis Petri Joly et inde Stephani Cuvit a vento, pro quibus premissis rebus debere confitetur dictus confitens pro se et suis predictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de censu annuali et perpetuo servitio singulis annis termino festi Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi deductis sibi confitenti tribus denariis Lausannensis quod solvere et supportare debet Glaudius Cuvit pro uno morcello orti seu ochie continentii dimidiad fossoratam sitam retro domum cure dez Mollens quod tenet de bonis premissis videlicet duos quarterones bone et receptibilis avene rasos ad mensuram Albone apud Mollens in manibus receptoris dicti dominis Romanimonasterii perpetue presolvendos ... , actum Beriam in domo mis notarii et comissarii subsignati presentibus ibidem Jacobo Mexieux et Glaudio Tallon de Beria testibus...

133v Ballens (later notation: « Les pièces sont rième Mollens » ; i.e., these reconnaissances are for residents of Ballens who own property subject to the Priory of Romainmôtier within the commune of Mollens.)

**133 Anthonius Mayor filius quondam Michaelis Mayor alias douz Verney dez Ballens per ipsum Anthonium suo proprio ac Octonini et Johannis fratrū suorum nominibus facta**, 03 mar 1531, de bonis dicti Michaelis et Petri dicti Mayor filiorum quondam Anthonii douz Verney de Ballens et recognicione eorundem Michaelis et Petri Mayor fratrū per ipsos fratres in manibus Egregii Aymoneti Pollens ... que pridem fuerunt Anthonii douz Verney ipsius

confitentis patrem et antiquitus Doucete filie Jaqueti Soudant, ex successione legitime dicti Michaelis eius quondam patris etiamque ex divisionibus nuper inter ipsum confitentem ac Petrum Mayor villicum dez Ballens et Glaudium eius fratrem et Michaelem filium quondam Humberti filiique dicti quondam Petri Mayor alias douz Verney condivisores suos factis, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio dez Mollens... (Many of the properties are held half by Antoine, Ottonin, and Jean, and the other half by Claude Mayor sutor of Ballens, habitant at Mollens. This Claude could be the notary, fol. 146, who with his brother **Pierre** of Ballens, made a division with Antoine and his brothers, and with **Michel** son of the late Humbert son of the *late* Pierre, evidently meaning the son of the first Antoine douz Verney. However, another possibility is that Claude the sutor and Claude the notary were *both* brothers of the same Pierre, and that the compiler of this terrier has simply failed to distinguish them. The parties in this division, Michel and Pierre, are the ones whose reconnaissances follow on fols. 143 and 146. Other relationships are implied, and the last half of this document needs further study, including the section relating to the moulin des Gollies.)

134 Et primo, eys Escueney medietatem pro indiviso cum supradicto Glaudio Mayor sutor habitatore dez Mollens pro alteris medietate unius pose juxta terram Stephani Cohendoz alias Grand a lacu, terram dicti Anthonii confitentis et Glaudii Mayor et Petri Mathey et plures contors a juria, terram Johannis Cuvit que fuit a Lambert a vento, et viam publicam a borea.

134v Item, en Laglye medietatem pro indiviso ut supra unius pose cum dimidia nemoris olim terre vacantam juxta terram Petri filii quondam Antonii de Curia et eius nepotis que fuit a Chapponet a borea et juria, terram heredum Mermeti de Curia que fuit Petri Davoer a vento, et viam publicam a lacu.

Item, en Laz Golletaz medietatem prout supra indivisam unius pose terre et nemoris juxta commune a juria, terram Johannis Juennyn alias Salliet a lacu, marescum commune de laz Gottaz a juria, et affrontat terre Johannis Bonjor que fuit Johannis Soudant et inde Petri Grand a borea, et terre Jacobi Cuvit junioris que fuit dicti Johannis Soudant a vento.

Item, en Bon dez Vuespraz unam posam terre et prati juxta terram Johannis Bonjor que fuit Johannis Costantyn a lacu, terram Petri Rolet a juria, loz Bon dez Vuespraz a borea, et viam publicam a vento.

135 Item, en Pra Quieffan medietatem pro indiviso cum quo supra unius pose terre juxta plures contors a borea, terram Stephani Monod alias Cygoen et eius nepotis de bonis liberorum Aymoneti Mayor et pratum Jacobi Mathey a vento, et affrontat terre Nycodi Roguyn que fuit Glaudii Chardon et pridem ouz Meciox a juria, et terre Johannis Andrey que fuit Michaelis Venard a lacu.

Item, subtus loz Rochevroz unam posam cum dimidia terre juxta plures contors a lacu, terram dicti Anthonii Bolley (error, should be Mayor !) confitentis que fuit Francisci Cuvit a juria, terram Stephani Grand alias Cohendo et Jacobi Mathey que fuit ouz Rossel et plurimum aliorum a borea, terram Michaelis Mayor a presenti [divisam?] a vento.

Item, ibidem unam posam terre juxta terram Jacobi Cuvit senioris a borea, terram Jacobi Mathey a vento, terram Johannis filii quondam Philliberti Morellon a lacu, et terram prescriptam dicti Mayor confitentis a juria.

Item, loco dicto eys Sallyoux medietatem pro indiviso ut supra unius pose terre juxta terram heredum Petri dez Mont a borea, et terram Hudrici Davoer alias Bovey a vento, iter a juria, terram Johannis Morellon senioris a lacu.

135v Item, en Champo medietatem dimidie pose terre indivise cum quo supra juxta terram Petri Mathey que fuit Mermeti de Curia a lacu, viam seu semitam tendentem ad Monrichier a juria, et affrontat terre Johannis Lugryne que fuit dicti Mermeti de Curia a vento, terre Petri et Glaudii Griffon fratribus a borea.

Item, en Sersin ou Passioux medietatem pro indiviso ut supra unius pose nemoris olim terre juxta terram Nobilis Johannis de Albone et eius uxoris que fuit Petri Rossel et plurium aliorum a lacu, terram Jacobi Cuvit junioris a juria, pratum Hudrici Bovey alias Davoer a vento, et viam publicam a borea.

Item, eys Chaulx territorio dez Mollens medietatem pro indiviso ut supra quarte parte indivise cum Gaudio, Jacobo, et Johannis Cuvit pro Lambert et Johanne Bonjor pro quarto, et Johanne dez Mays de bonis Glaudii Arsonnares de Beroulaz pro quarto duarum falcatarum prati sitarum eys Chaulx juxta pascuam communem a vento et juria, pratum Johannis Bonjor de bonis Johannis Costantyn et dictorum Cuvit quod fuit a Lambert a borea, et pratum Johannis Andrey de bonis Michaelis Venard a lacu.

136 Item, in eodem territorio predictio medietatem indivise ut supra quarte partis pro indiviso cum dictis Cuvit pro Lambert et Johanne ac Francisco dez May dictis Arsonnares de Beroulaz pro medietate dimidie falcate prati site ibidem eys Chaulx juxta pratum Jacobi Cuvit junioris de Longyzmalez a borea, pratum dictorum Morelli de Beria de bonis Michaelis Venard a vento, et pratum dicti Jacobi Cuvit junioris a juria.

Item, eys Bon dez Ruerit et dez Muratel medietatem pro indiviso ut supra dimidie falcate prati inclusa medietate que fuit dicti Lambert et per dictum Franciscum Cuvit in presenti recognitione divisam in partagium dicte ochie site juxta ... ? dicti Lambert de quo ? supra fit mentio juxta pratum Johannis Bonjor de bonis Johannis Soudant seu ? Constantyn a borea, pratum dictorum Cuvit de bonis Lambert et les Bon a juria et lacu.

Item, eys Prewit medietatem indivise cum quo supra unius pose nemoris olim terre juxta terram Johannis Andrey alias Cribley de bonis Michaelis Venard a borea, terram Jaqueti Paryx ? filii quondam Jaqueti Coschet a vento, et viam publicam a lacu, et pratum Stephani Cohendoz et plurium aliorum a juria, et pro premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur dictus Anthonius recognoscens suo proprio et nominibus suprascriptas pro se et suis predictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de annuo censu et perpetuo servitio singulis annis termino festi Nativitatis Domini Nostrri Jesu Christi videlicet medietatem sex quarteronos bone avene mensuram Albone et sexdecim solidorum et septem denariorum cum obolo Lausannenses bone monete ...

Item, ulterius tenet et tenere confitetur dictus confitens pro se et suis ac nominibus premissis a prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de eorum feudo et directo domino de bonis Johanneti Terraulx et Jacobi eius nepotis filii quondam Hugueti Terraulx et de recognitione Hugueti Terraulx fratris dicti Johanneti et patris dicti Jacobi et antiquitus Rolete filie quondam Vaucherie Soudant uxoris Mermeti de Frigidavilla dicto Anthonio confitentis eventis et pertinentis ex vendicione sibi per Johannetum Terraulx supradictum constante lictera dicte vendicionis per Egregium Petrum Cuynssyns notarium de Albona recepta 15 feb 1514 Style of the Annunciation ... videlicet eys Condemines dez Bollon alias ou Champ dou Ryal ? unam posam terre juxta viam publicam a juria, terram Petri filii quondam Johannis de Frigidavilla ab oriente, et affrontat dicte vie a borea, et terre Petri filii quondam Glaudii Besenson a vento, onus autem census supportant Petrus et Sulpicius filii quondam Johanneti Terraulx venditores ratione reacheti sibi Terraulx super prelimitata pecia terre pertinenis et reservati.

137 Item magis, tenet ut supra de bonis de recognitione Petri Mayor filii quondam Mondeti Maior de Ballens in manibus supradicti Aymonetii Pollens commissarii postremo facta que pridem fuerunt Johannis Soudant et antiquitus Reymondi Boverat et dicti Soudant ex permutacione dicto Anthonio confitenti per Franciscum Monod alias Cygoen facta in presenti extenta laudata et confirmata, videlicet subtus molendinum deys Gollies unam posam terre juxta terram dicti Molendini deys Gollies quam tenet idem confitens a borea, terram Petri Mayor que fuit Johannis Follyet a vento, et affrontat itineri ex oriente, et bedo dicti molendini ex occidente, sub censu per dictum Stephanum Monod permutatorem debito et quem ipse ratione promissionis de guerentia pure et libere ferendi facte.

Item magis, tenet et tenere confitetur dictus confitens ab eisdem dominis Romanimonasterii de eorum feudo et directo dominio et sub censu infrascriptis de alias recognitione dictorum Michaelis et Petri Mayor alias dou Verney ut supra facta et bonis eorundem Mayor alias douz Verney fratrum que pridem fuerunt Johannis Soudant ex successione et divisionibus suis quibus supra videlicet, en Lampraz alias en laz Trochizmoctaz unam posam terre et plus de quatuor posis alias in simul confinatis juxta terram Jacobi Boudat et Johannete eius uxoris filie quondam Nyco de bonis quondam Jacobi de Putheo a lacu, pratum Petri et Michaelis Mayor et aquam dou Veyron a juria, terram dicti Mayor Petri a presenti divisam et de huiusmodi feudo a borea, et terram dicti Anthonii Mayor confitentis et eius fratrum a vento, pro qua posa terre proxime limitatam debere confitetur idem Anthonius confitens suo et suibus supra nominibus ac pro se et suis predictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de annuo censu et perpetuo servitio ex equancia alias facta et divisionum suarum predictarum vigore videlicet unum quarteronum rasum bone avene ad dictam mensuram Albone necnon tres solidos et tres denarios Lausannenses seu alterius bone monete sub obligacione dicte censeris annualiter prout supra perpetue persolvendos.

138 Item, ulterius tenere confitetur prenominatus Anthonius Mayor confitens suo et dictorum eius fratrum nominibus ac pro se et suis predictis a prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de eorum feudo et directo dominio et sub homagio, censorio, censibusque, et aliis oneribus infrascriptis res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens cum ipsarum fondis juribus et pertinentiis universis alias in manibus dicti Aymonetii Pollens commissarii quondam per Girardam relictam Roleti Bovey filie quondam Johannodi Davoer de Mollens recognitas et specificatas que pridem fuerunt dicti Johanneti Davoer eius

fratris deindeque Girardi Chappuys dez Apples et antiquitus de demanio dicte ecclesie Romanimonasterii ex cessione sibi Anthonio confitenti per Selmodum Quatens de Albone causam habentem a dicte Girarda et Francisco eius et dicti Roleti Bovey filio accensatariis facta prout de ipsa cessione constat lictera manu providi viri (name omitted ?) de Albona notarii recepta et signata 15 jan 1513 Style of the Annunciation and confirmed 07 sep 1515 recorded by Egregius Aymo de Combis de Brussino notarius publicus,

139 Et primo, **molendinum deys Gollies**, rassiam et alias aysamenta ibidem constructa, cum bedo et plasteis atque pertinentiis suis situm in fluxu dou Veyron inter Mollens et Ballens juxta charreriam publicam tendentem a villa dez Ballens versus Lylam a lacu et ab oriente, magnum cursum aque dou Veyron a juria et borea, et pratum dicti mollendini eiusdem confitentis infrascriptum a vento.

Item, ibidem unum clausum continentum unam falcatam prati juxta dictam charreriam publicam dez Lilaz a borea, terram Petri de Frigidavilla alias Cuad dez Loup filii quondam Johannis de Frigidavilla dez Ballens a vento, et nemus hospitalis Morgie quod tenent dicti Mayor alias Monod a lacu.

Item, ibidem retro dictum molendinum unum alium morcellum prati continentem unam falcatam cum dimidia juxta dictum molendinum ipsius confitentis et dictam charreriam publicam a lacu, terram Francisci Mayor alias Monod que fuit Johannis Soudant ab oriente et magnum cursum aque Veronis a juria et vento.

139v Item, en laz Perousaz circa dimidiad posam terre juxta aquam douz Rochevroz a vento, terram dicti confitentis que fuit Girarde Davoer a borea, et affrontat dicto prato molendini existenti retro dictum molendinum eiusdem confitentis a lacu, et plures contors nemoris a juria.

Item, en Muratel unam posam terre juxta dictam aquam douz Rochevroz a borea, terram Jacobi et Petri Mathey a vento, pratum Jacobi Cuvit junioris quod fuit Nobilis Glaudii dez Lavignyer a juria, et pratum dez laz Singiz ? Philliberti et Humberti Lambert quod fuit a Soudant a lacu.

Item, en laz Vuorsiz quartum unius falcate prati juxta pratum Telini Boudyn quod fuit Petri Rossel et Guilliermi de Coquina a juria, pratum Johannis Morellon senioris dez Mollens quod fuit Johannis Soudant de feudo dez Gallera quodam rivo intermedio a borea, terram Glaudii Roguyn que fuit Hugonet Morand a vento, et pratum dicti Johannis Morellon senioris et plurium aliorum a lacu.

Item, unam peciam terre sitam propre et retro dictum molendinum deys Gollyes juxta terram Francisci Mayor alias Monod et terram Petri Mayor villici dez Ballens que fuit Johannis Folliet a vento, bedum dicti molendinum a borea, et magnam charreriam a lacu.

140 Item, unam peciam terre sitam ou Tombey juxta terram Petri et Jacobi Mathey fratrum a borea, terram Stephani Cohendoz alias Grand a juria, et viam publicam a vento et lacu, **pro quibus quidam molendino, rassia, eysamentis, ac aliis rebus** prelimitatis et recognitis debere confitetur dictus confitens suo et dictorum fratrum suorum nominibus ac pro se et suis

jandictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de censu annuali et perpetuo servitio singulis annis termino premisso festi Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi videlicet unum modium boni et receptibilis frumenti de frumento dicti molendini ad mensuram Albone supradictam annualiter prout supra apud Mollens perpetue persolvendum.

Item magis, tenet et tenere confitetur dictus confitens ab eisdem dominis Romanimonasterii de eorum feudo et directo dominio prout supra de bonis Mermeti de Curia dez **Clusiz** Gebennensis dyocesis habitantes quondam apud Mollens et olim abbergatarii et hominis censerii dicte ecclesie et prioratum Romanimonasterii et confessione eiusdem Mermeti de Curia per ipsum in manibus dicti Aymoneti Pollens... que pridem fuerunt communitatis dez Mollens ex cessione et remissione sibi confitenti per dominum Stephanum Morelli capellatum Berie causam habentem Henrici filii dicti quondam Mermeti de Curia hactenus facto apparente de ipsa cessione lictere nota manu Discreti Petri Morelli cessionarii predicti signata de descripta 06 jan 1512..., videlicet ou Bon dez Revers unam falcatam prati juxta pratum Illustrissimi Pri[n]cipis et Domini Domini Nostri Sabaudie Ducis quod tenet dominus dez Mont le Grand a lacu, pratum Jacobi Cuvit junioris et Jacobi Mathey a juria, pratum predicti Jacobi Cuvit junioris quod fuit heredum Petri dez Mont a vento, et pratum ipsius Jacobi Cuvit junioris quod fuit Johanneti de Prata a vento, super qua falcata prati heredes seu censerii ? habentis in bonis dicti quondam Mermeti de Curia habent reachetum perpetuum cuius vigore ipsi onus census annualis eiusdem erga prefatos dominos Romanimonaterii.

141 Item magis, tenet et tenere confitetur ut supra de bonis in cuius supra Aymoneti Pollens commissarii manibus postremo recognitis per Franciscum et Stephanum Cuvit fratres filios quondam Petri Cuvit de Mollens homines quondam censerios dicte ecclesie et prioratus Romanimonasterii ex escambio nuper inter ipsum Anthonium confitentem et Glaudium filium dicti quondam Glaudii Cuvit facto per prefatum dominum modernum dicti Romanimonasterii laudato debite et confirmato, videlicet en Rosset supra loz Rochevroz dimidiad posam terre de una posa cum dimidia alias in simul limitata et recognita juxta terram dicti Anthonii confitentis et fratrum suorum a lacu, terram eys Roguyn a juria, terram Glaudii Bolley de bonis eys Mathey a vento, et terram dicti Glaudii Cuvit conexambiatoris a presenti divisam et de huiusmodi feudo a vento, censem vero annualem eiusdem dimidie pose terre dicto Romanomonasterio debitum supportat idem Glaudius Cuvit conexampator occasio promissionis manutenencium ? de guerentia ipsius terre pure et libere ferendi hactenus facte.

141v Item magis, tenet ut supra de bonis et recognitione providi viri Stephani Cuvillieti in manibus dicti commissarii postremo facta ex acquisito cum rebus dicti molendini deys Gollies facto prout supra limitato et confirmato, videlicet *subtus* nunc vero *supra* (in other words, the commissaire is indicating that the description in the previous terrier indicated « subtus », but the actual description should be « supra ») dictus molendinum deys Gollyes unam chentriam prati juxta pratum Johannis Morellon senioris quam tenet de bonis Johannis Costantyn a borea, pratum Glaudii Roguyn olim dictorum Mathey a vento, aquam dou Veyron ab oriente, et pratum Telini Boudyn quod fuit Michaelis Lambert dez Ballens et pridem Petri Rossel a juria, quamquidem chentriam prati tenere solebat Petrus de Coquina et que includi dicitur in limitibus pratorum dicti molendini superius recognitorum.

Item, ulterius tenere confitetur prenominatus confitens suo et quibus supra nominibus ac pro se et suis predictis ab eisdem dominis Romanimonasterii et suis quibus supra de eorum feudo et directo dominio ac omnimonda juridicione de bonis et confessione Anthonii dou Verney morantis apud Ballens hominis quondam censerii prefatorum dominorum prioris et conventus et suorum successorum predictorum que per prius fuerunt Doucete filie quondam Jaqueti dicti Soudant et de eius recognitione, videlicet medietatem unius ochie site juxta curtinam domus que fuit dicte Doucete juxta ochiam Johannis Lambert a parte venti, ochiam Johannodi Rossel a parte boree, ochiam Michaelis dez Ballens a parte lacus, et curtinam predictam a parte jurie.

142 Item, duas posas terre sitas assou laz villaz juxta viam publicam tendentem de Mollens ad Monrichier a parte lacus, terre Aymoneti Davoer a parte jurie, terram Aymoneti Cohendoz a par[t]e boree, et ochiam dicti Anthonii dou Verney a parte venti... , actum apud Ballens in domo dictorum Soudant presentibus ibidem Johanne et Petro Barbey alias Malley fratribus et Hugoneto Barbe filio quondam Andree Barbey de Ballens testibus...

**143v Michael Mayor dez Ballens filius quondam Humberti filiique Petri Mayor alias dou Verney de eodem**, Monday, 07 mar 1531, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa, territorio, et confinio dez Mollens... que antiquitus fuerunt Doucete filie Jaqueti Soudant deinde vero Anthonii dou Verney dez Ballens et successive Michaelis et Petri dicti Mayor filiorum suorum et recognitione eorundem Michaelis et Petri Mayor alias dou Verney fratrum alias in manibus Aymoneti Pollens quondam commissarii ... facta tam ex successione sua paternis quam ex divisionibus suis nuper inter eundem confitentem ac Petrum et Glaudium atque Anthonium Mayor eius condivisores factis, (see below, Petrus and Glaudius are brothers, sons of the late Jacobus. There is mention on fol. 145 of “alia recognitione antedictorum Michaelis et Petri Mayor *et nepotum suorum* que fuerunt Johannis Soudant dez Mollens”. This passage suggests that the other condivisors, presumably meaning the still living Pierre and Claude, and their deceased brother Antoine, were the nephews of Michel and Pierre du Verney, and that therefore, Jacob should have been another son of the original Antoine du Verney. Also on fol. 145, note property jx pratum Jacobi Monod alias Noblet. However, the “alia recognitione antedictorum Michaelis et Petri Mayor” now appears to be the one on fol. 66 of Fj 5, apparently 24 jul 1496, for “eisdem fratres seu pocius patruus et nepotes predicti confitenti”. This curious designation evidently refers to the preceding reconnaissance in Fj 5, fol. 64, for Petrus et Michael dicti Mayor de Ballen filii quondam Anthonii dou Verney, which was signed by Jacobus Mayor acting for his uncle Michael Mayor, and by the said Jacobus along with Humbertus his brother, acting for their father Petrus Mayor. If the construction of this passage were not very precise, the explanation might be that it refers to Michael Mayor and *his* nephews Jacobus and Humbertus, sons of Petrus Mayor, who would thus be, collectively, “patruus et nepotes”. In this case, this Jacobus would have to be the son of Petrus son of Anthonius de Vernet.)

144 Et primo, en Muratel unam posam terre juxta terram Humberti et Michaelis Lambert patrui et nepotis que fuit Johanneti de Prata a vento et borea, terram Johannis filii quondam Andrey Barbey que fuit herendum Petri dez Mont, et pluribus (should be plures) contors a juria.

144v Item, subtus loz Rochevroz unam posam cum dimidia terre de tribus posis alias in simul limitatis juxta plures contors a lacu, terram Glaudii Bolley que fuit dictorum Mathey a

juria, terram Anthonii Mayor et eius fratum a presenti divisam et de huiusmodi feudo a borea, et pratum dictorum Mathey et plurium aliorum a vento,

Item, et generaliter omnes et singulas alias res et possessiones quascunque tenet et possidet in villa et confinio dez Mollens exceptis hiis que de alterius feudo et directo dominio moveri reperientur, et inde pro prerecognitis rebus et possessionibus debet et debere confitetur antedictus Michael Mayor confitens pro se et suis predictis antedictis dominis Romanimonasterii et suis jandictis de annuali et perpetuo censu et servitio singulis annis in festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi divisionum suarum prout supra factarum vigore et pretextu, videlicet unum quarteronum cum dimidio rasum bone et receptibilis avene ad mensuram Albone, de quatuor solidos et unum denarium cum obolo ac octavum alterius denarium Lausannenses bone monete apud Mollens in manibus receptoris dicti Romanimonasterii perpetuo persolvendos.

145 Item magis, tenet idem Michael confitens prout supra de alia recognitione antedictorum Michaelis et Petri Mayor et nepotum suorum ut supra facta et bonis eorundem Mayor alias dou Verney que pridem fuerunt Johannis Soudant dez Mollens ex successione paterna et divisionibus suis quibus supra, videlicet en Lampra unam falcatam prati de duabus falcatis ultimate prout supra adjunctem ? limitatis et recognitis juxta aquam dou Veyron a juria, terram Petri Mayor villici de Ballens dez laz Trochiz Malaz a lacu, pratum eiusdem Petri Mayor a presenti divisum et de huiusmodi feudo a borea, et pratum Jacobi Monod alias Noblet alias ab isto partitum a vento, pro quaquidem falcata prati prelimitata debere confitetur dictus confitens pro se et suis predictis prefatis dominis Romanimonasterii et suis predictis de censu annuali et perpetuo servitio divisionum suarum predictarum pro quarta parte duorum quarteronorum bone avene mensure Albone et sex solidorum et sex denariorum Lausannensium seu alterius bone monete olim per dictos Michaelem et dictos Mayor fratres debitorum et cognitorum sibi confitenti pro porcione bonorum suorum continente, videlicet dimidiam quarteronum rasum bone avene mensure Albone et decem novem denarios jandicte monete cum obolo annualiter termino festi Nativitatis premisso perpetue solvendos.

145v Item magis, tenet et tenere confitetur dictus confitens ab eisdem dominis Romanimonasterii ut supra de bonis et recognitione Johannis Costantyn et pridem eys Soudant dez Mollens videlicet unam seyturatam prati sitam en Muraz juxta pratum Stephani Monod a borea, pratum Jaqueti Lambert quod tenet idem Michael Mayor confitens a vento, et loz Veyron a lacu, et nemus olim terram Anthonii Mayor et dicte quondam Jaqueti Lambert a juria... , actum apud Ballens in domo deys Soudant presentibus Petro Soudant, Petro de Frigidavilla, Johanne filio quondam Glaudii Barbey alias Malley, et Hugoneto Barbe alias Malley de Ballens testibus...

**146v Petrus Mayor filius quondam Jacobi Mayor alias dou Verney dez Ballens facta suo proprio necnon honesti viri Glaudii Mayor clerici eius fratri ac Glaudie eorum neptis filie quondam Anthonii Mayor nominibus**, 07 mar 1531, tam ex successione paterna quam et ex divisionibus suis nuper inter ipsum confitentem atque Michaelem et Anthonium Mayor condivisores suos factis, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et territorio ac confinio des Ballens... que antiquitus fuerunt Ducete filie Jaqueti Soudant deinde Anthonii dou Verney ez Ballens et successive Michaelis et Petri dicti Mayor filiorum suorum et recognitione

eorundem Michaelis et Petri fratrum per ipsos in manibus et extenta Aymoneti Pollens  
commissarii quondam ultimate facto,

